





1707 28 = 65.12
M
Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
DESERTIONE
ORDINIS ECCLE-
SIASTICI,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENB.
ET DUCATUS MAGDEB. GUBERNATORE, &c. &c. &c.

PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO,
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ
CONSILIARIO, PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,
AC FACULT. JURIDICÆ h. t. DECANO,

IN ALMA FRIDERICIANA,
PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & Pri-
vilegia ritè capeffendi,

IN AUDITORIO MAIORI

d. 31. Octobr. Anni M DCC VII. horis ante & pomeridianis

Publico Eruditorum Examine subjiçit

SALOMON FRIDERICUS PACKBUSCH,
LIPSIENSIS.

Literis, CHRISTOPH. ANDR. ZEITLERI, Acad. Typogr. 1713.





B. C. D.
DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
DESERTIONE ORDINIS
ECCLESIASTICI.

SUMMARIA.

Occasio Disputationis §. I. Status Controversie §. II. Methodus dicendorum §. III. Jura Canonico desertio Ordinis est crimen Apostasie. §. IV. Rationes Juris Canonici, partim quod vota non possint violari sine crimine, omnium vero minime vota religiosa. §. V. Partim quod ordo sit sacramentum non iterabile, quod characterem indelebilem imprimat. §. VI. Illustrantur & confirmantur dicta per decreta & canones Concilii Tridentini. §. VII. Interim Jure Canonico licita est renunciatio beneficiorum Ecclesiasticorum. §. VIII. Quae tamen cum desertione Ordinis nequaquam confundenda. §. IX. Sed nostri Theologi & Juri neque desertionem Ordinis pro crimine Apostasie habent. §. X. Neque vocis monasticis obligationem tribuunt. §. XI. Neque Sacramentum Ordinis agnoscunt. §. XII. Neque characterem indelebilem. §. XIII. Neque statuum impositionem manuum in ordinatione esse ex precepto Divino. §. XIV. Propterea tamen non inferendum esse, quod à Doctoribus Protestantibus desertio ministerii habeatur pro re licita. §. XV. Imo à quibusdam videri eam inter species criminis

apostasia referri. §. XVI. Item licentiam desertionis ministerii impugnari posse ex doctrina nostratum de obligatione votorum. §. XVII. Item à Schiltero offerri, ordinationem producere obligationem in perpetuum, & characterem indelebilem ab eo non improbari §. XIX. Sententia nostratum Theologorum speciales de hac questione, nempe Pauli Tarnovii, §. XIX. Facultatis Theologicae Jenensis, §. XX. Dannbaureri, §. XXI. Ex Reformatis Gisberti Voetii, tum de questione in genere, §. XXI. tum de questionibus magis specialibus, §. XXIII. Methodus distinctius proponendi sententiam nostratum per positiones. §. XXIV. I. Desertionem ministerii non esse crimen. §. XXV. II. Sed tamen rem parum honestam, si fiat absque justis causis. §. XXVI. III. Et parum decoram, si fiat absque praesentia eorum, quorum interest, & maxime superiorum. §. XXVII. IV. Consensus tamen impetrationem praesentem necessariam non esse. §. XXVIII. V. Justas causas relinquendas esse pudori & conscientiae deserentis. §. XXIX. VI. Idem dicendum intuitu status & officii secularis, ad quod transire vult deserens ministerium. §. XXX. Cur abstinuerimus ab argumento à prerogativa & praesentia ministerii Ecclesiastici desumpto. §. XXXI. Respondetur ad dubium de obligatione votorum apud Evangelicos, & exinde deductam doctrinam Schilteri. §. XXXII. VII. Deserentem amittere omnia jura & privilegia. §. XXXIII. VIII. Neque adeo ea, v. g. benedictionem Sacerdotalem, efficaciter exercere. §. XXXIV. IX. Non tamen deserentem prohiberi iterum fieri ministrum Ecclesiae. §. XXXV. Differentia Juris Ecclesiastici Evangelicorum à Jure Canonico in doctrina praesenti. §. XXXVI. Praxis Ecclesiarum nostratarum. §. XXXVII.

§. I.



Æpe dubium occurrit in Ecclesiis Protestantium, an & quatenus liceat deponere Ordinem Ecclesiasticum, seu, an ordinatus Minister Ecclesiæ possit impune & salva existimatione & honore suo derelinquere ministerium Ecclesiasticum & vel ad officia civilia trans-

Occasio
Dissertationis.

ire, vel etiam rei oeconomicæ operam dare, tum quibus ex causis id liceat, & quinam sint effectus derelictionis. Cùm vero apud Theologos & Jctos nostros parum ea de re definitum esseprehenderim, & vero non ita pridem in manus inciderit responsum Summæ Referendæ Facultatis Theologicæ in Academia patria, circa eadem huc pertinentem conscriptum, (quod cum attestato Consistoriali in fine subjungam) digna fuit visa materia, quæ thema suppeditaret disputationi, quam meditabar, inaugurali, ad quam etiam absque ulterioribus ambagibus me statim accingo.

§. II.

Quamvis autem ex ipsa questionis modo facta, formatione appareat, qua de re simus dicturi, ut tamen eo minus dubium remaneat, repetimus, nos acturos (1.) de *desertione* voluntaria, non de depositione aut degradatione. (2.) de *ordinatis Ecclesiæ ministris*, non Studiosis Theologiæ aut Candidatis ministerii, an & quatenus hi possint deserere Studium Theologicum, qua de materia extat disputatio sub Præsidio D. Lincke Anno 1679. Altorffii habita de apostasia studiorum, neque de ludimagistris & reliquis ministris Ecclesiæ mi-

Status
Controuersæ.

noris dignationis, qui apud nos non ordinantur. (3.)
de desertione *ordinis*, non muneris Ecclesiastici, adeo-
que nequaquam de transitu ministrorum Ecclesiæ ab u-
na Ecclesia in aliam. Nisi forte hæ doctrinæ affines
sint tangendæ tanquam argumenta quædam suppedi-
tantes illustrantia definitionem quæstionum proposi-
tarum,

§. III.

Methodus
dicendo.
rum.

Ne tamen sine ordine sit dissertatio nostra, forte
non evidentius ad quæstiones propositas responderi
poterit, quam si initio ostendatur breviter, quid ad
eas respondendum sit ex principiis juris Canonici?
Tum, si dispiciamus, quatenus ab istis principiis re-
cesserint Ecclesiæ Protestantium? Porro, quid in con-
clusionibus ex doctrinis juris Canonici sit retentum?
Denique, quomodo quæstiones sint definiendæ ex e-
videntibus principiis dictaminis recte rationis collatis
cum praxi Ecclesiarum nostrarum.

§. IV.

Jure Ca-
nonico
desertio
Ordinis
est crimen
Apostas-
iæ.

Quod igitur initio principia juris Canonici atti-
net, ea desertionem voluntariam ordinis Ecclesiastici
minimè admittunt, sed pro crimine Apostasiæ habent.
Docent enim *Apostasiam* esse triplicem: *perfidia*,
quando quis reliqta fide Catholicâ fit hæreticus, vel
Ethnicus, vel Judæus; *inobedientiæ*, quando quis resilit
à mandatis Dei, vel Canonum, vel Prælatorum; &
irregularitatis, aut irreligiositatis, quando quis deserit
religionem vel ordinem sacrum. Quamvis alii apostasi-
am *inobedientiæ* omittant, & tres illas apostasiæ spe-
cies ponant, à fide, a religione, ab ordine: alii retenta
apostasiam *inobedientiæ* quatuor species apostasiæ tra-
dant,

stant, à fide, ab obedientia, à religione, & ab ordine.
Sed parum interest, utrum apostasiam à religione &
ordine conjunctim vel separatim consideres. Utraque
enim in eo convenit, quod sit permutatio spontanea
status clericalis in laicam acceptione, ut & monachos sub
se comprehendat, cum seculari, & prope iisdem pœ-
nis coercetur. Apostasia igitur à religione fit præci-
pue, quando quis jam ingressus & professus est religi-
onem regularem, deinde eam omnino deserit, abjecto
habitu, vel etiam cum ipso habitu vagatur non rede-
undi animo, qui habetur pro hæretico ipso jure ex-
communicato, nec restituntur ei bona, quæ intulit
monasterio, & prehendi potest à Judicæ laico sine me-
tu censuræ, cogi etiam potest, ut revertatur & carce-
re puniendus est. Sed apostasia ab ordine est, quando
clericus secularis jam in sacris ordinibus majoribus
constitutus relicto habitu clericali vivit tanquam lai-
cus. Hic punitur pœna excommunicationis, infamiæ,
& repellitur ab accusando & testimonio dicendo, nec
admittitur etiam ad quodvis officium clericatus aut di-
gnitatem: perdit dein privilegium ordinis & potest
compelli, ut habitum reassumat & clericaliter vivat,
puta incarceratione & aliis pœnis. Imo si habitu eje-
cto uxorem duxit, suspectus est de hæresi & in eum
potest inquisitor procedere. Quodsi tamen clericus
secularis non est in sacris, sed habet solummodo pri-
mam tonsuram, vel etiam quatuor ordines minores,
tum distinguitur, an habeat beneficium, an minus.
Priori casu, si abjecto habitu & retento beneficio vi-
vat tanquam secularis, habetur pro apostata, & aliquan-
do amittit privilegium fori & ordinis, ac cogi potest
reassu-

8 DISSERT. JUR. D. DE DESERTIONE
reassumere habitum. Quod si vero cum habitu simul
dimittat beneficium, aut etiam beneficium non habe-
at, tum pro apostata non habetur. *vid. Lancel. Inst. jur.*
Can. l. 4. tit. 4. §. 14. Dessel. Erotem. Jur. Can. lib. 5. tit. 9.
Corvin. Jur. Can. l. 4. tit. 9. Leymann. Theol. moral. l. 2.
tit. 1. cap. 16. n. 1. præprimis autem Menoch. de A. F. Q.
lib. 2. casu 546. & quos citat. In ipso Jure Canonico se-
des apostasiæ irregularitatis est in can. fin. dist. 50. can.
beatus 2. C. 3. qu. 4. cap. ult. X. de vit. & honest. cleric. cap. 1.
& 5. X. de apost.

§. V.

Rationes
Juris Ca-
nonici,
partim
quod vota
non pos-
sint viola-
ri sine cri-
mine, om-
nium ve-
ro minime
vota reli-
giosa.

Ratio hujus doctrinæ Juris Canonici non longe
est quærenda. Nam quod apostasiæ à religione atti-
net, constat, quod Canonistæ statuunt ex omni voto
de re licita oriri obligationem *l. c. 19. Levit. c. 7. Act.*
c. 5. Et si verò obligatio voti secundum eosdem non sit
ex justitia propriè dicta, sed ex virtute religionis, quæ
est potentialis pars justitiæ, habet tamen in se perfe-
ctam rationem debiti, licet non ad æqualitatem, cum
cultus vel gratiarum actio Deo in recognitionem do-
minii ac beneficiorum per vota promissa vel præstita,
minime respondeat sive æquetur, sed potius tota in i-
psius hominis utilitatem cedat. Nec solum obligatio
illa est interna in foro conscientiæ, sed poterit etiam
vovens in foro externo ad voti executionem compelli
arg. l. 1. 2. 3. ff. de pollicit. cap. quod super de fide instrum.
in fine & cap. ex parte de censibus. Nam ad Ecclesia-
stici Judicis officium pertinet impedire, ne gravia cri-
mina committantur, cujusmodi est sacrilegia voti trans-
gressio. *Leymannus d. l. lib. 4. tr. 4. c. 3. n. 1.* Impri-
mis autem votum religionis tale est, utpote quo homo
se

ORDINIS ECCLESIASTICI.

se ipsum & omnia sua Deo consecrat in perpetuum, universalitate quadam tum actionum tum temporum, adeo ut hoc votum omnia reliqua vota eminenter in se complectatur, & in tale votum omnia vota antecedentia tam realia quam personalia commutari possint. *Leym. d. tr. 4. c. 8. n. 19.* Exceptatamen societate Jesu. Si quis enim in seculo vovisset se in religione aliqua professionem editurum, cum tali Pater Generalis & Provincialis dispensare possunt, vel potius illud votum commutare in vota Jesuitarum simplicia, ita tamen, ut si ante professionem ex societate recesserit, votum illud prius in sua obligatione perseveret. *Id. ibid. n. ult.*

§. VI.

Quod autem apostasiam ab ordine concernit, Partim. præsupponendam est, apud Canonistas ordinationem quod or- esse personæ Ecclesiasticæ consecrationem, per quam do fit Si- gratia & potestas obeundorum Ecclesiasticorum mun- Sacramé- nerum transfertur. Ordinem vero definiunt, quod tum non sit Sacramentum a Christo institutum, quo quibusdam iterabile, ceremoniis & rebus traditur potestas spiritualis ordi- quod cha- nando, conficiendi Eucharistiæ Sacramentum, vel ad racterem ministrandi in ordine ad illud. Ordines vero sunt vel ndelebi- majores vel minores. In majoribus ordinibus sunt E- lem impri- piscopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, ex quibus mat. duo posteriores non sunt proprie Sacerdotes, sed tantum in sacris: duo priores sunt proprie sacerdotes, quia Sacramentum corporis & sanguinis Dominici conficere possunt. In minoribus ordinibus sunt Acoluthi, Exorcistæ, Lectores, Ostiarii & Psalmistæ. *can. clericos 1. dist. 1. Pacius Isag. in decretal. l. 1. tit. 11. n. 4. Ziegl. ad Lancel. p. 140.* Secundum Concil. Trident. *Seff. 23. c. 2.*

B

sunt

sunt septem ordines, Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, Acoluthorum, Exorcistarum, Lectorum & Ostiariorum. Sed dicta ostendunt, sub Sacerdotibus comprehendi Episcopos & Presbyteros. Statuunt autem Canonistæ, ordinem esse Sacramentum, quod confertur potissimum per impositionem manuum ab Apostolis præceptam. Lancel. *Inst. Jur. Can. l. 2. tit. 8. §. 1. tit. 10. §. 5.* Etsi de Subdiaconatu non ita certum fit, an sit Sacramentum, & adhuc minus certum, an minores ordines ad Sacramentum pertineant, sed multi Canonistæ existimant, Subdiaconatū ab Ecclesia institutum, ac ideo Sacramentū non esse, sed sacramentale quoddam, idemq; multo magis sentiant de minoribus ordinibus & hanc sententiā de minoribus ordinibus dicant esse probabilissimā citati à Leymanno *l. 5. tr. 9. c. 4 n. 5.* Unde simul ratio constat, cur desertio minorū ordinū etiam non habeatur pro apostasia seu crimine. Adde, quod ordo à Canonistis referatur inter Sacramenta, quæ iterari non possunt, quia characterem indelebilem imprimunt. Horum enim tria statuunt; Baptismum, Confirmationem & ordinem. Character vero secundum ipsos est signum spirituale, à Deo solo animæ impressum in susceptione iterabilis Sacramenti, manens indelebiter de lege communi Lancell. *Inst. l. 2. tit. 2. §. 4.* ibique Zieglerus. Ergo non mirum, quod Canonistæ desertionem ordinis Ecclesiastici, ejusque permutationem cum statu seculari, considerent tanquam apostasiam à sacramento, & sacrilegam intentionem delendi characteri indelebilem.

§. VII.

Illustratur
et sequitur

Ut hæcenus dicta in summam contrahamus, lu-
bet

bet apponere ex Concilio Tridentino, quæ ad hanc materiam pertinent. Ita vero de Sacramentis can. 9. Si quis dixerit de tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione & ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile, unde ea iterari non possunt, anathema sit. Porro de Sacramento ordinis cap. 3. Cum Scriptura testimonio, Apostolica traditione & Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, (quæ verbis & signis exterioribus perficitur,) gratiam conferri, dubitare nemo debet, ordinem esse vere & proprie unum ex septem sanctæ Ecclesiæ Sacramentis. Inquit enim Apostolus: Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum &c. Et ibidem can. 3. Si quis dixerit, ordinem sive sacram ordinationem non esse vere & proprie sacramentum à Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum excogitatum à viris rerum Ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quendam eligendi ministerii Verbi Dei & Sacramentorum, anathema sit. Ex mox can. 4. Si quis dixerit, per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere: Accipite Spiritum Sanctum, aut per eam non imprimi Characterem, aut EUM, QUI SACERDOS SEMEL FUIT, LAICUM RURSUS FIERI POSSE, anathema sit. Ac ibidem cap. 4. Quoniam vero in Sacramento ordinis, sicut & in Baptismo & Confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest, merito sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt, novi Testamenti Sacerdotes TEMPORARIAM TANTUMMODO POTESTATEM HABERE, AC SEMEL RITE ORDINATOS ITERUM LAICOS EFFICI POSSE, si

firmantur
dicta per
decreta &
canones
Concilii
Tridentini.

VERBI DEI MINISTERIUM NON EXERCENT. Ex quibus omnibus apparet, doctrinam Pontificiorum, quod desertio ordinis crimen sit, illis rationibus tanquam duobus fulcris niti, quod ordo sit sacramentum, & quod per ordinationem ac manuum impositionem imprimatur character indelebilis.

S. VIII.

Interim
Jure Canonico licita est renunciatio beneficio Ecclesiasticorum.

Non tamen confundenda est cum desertione ordinis Ecclesiastici renunciatio beneficiorum Jure Canonico licita & permissa, de qua antequam ostendamus, an & quomodo à desertione ordinis differat, necesse est, ut in summa exhibeamus doctrinam Juris Canonici de renunciationibus, desumptam ex Lancelotti *Instit. lib. 1. tit. 19. item tit. 24. §. ult.* & ex titulis peculiaribus decretalium, tam antiquarum, quam Sexti & Clementinarum de renunciationibus. Renunciatio est abdicatio spontanea beneficii Ecclesiastici, vel juris sibi competentis, facta ex justa causa & canonicè, apud superiorem. Renunciare possunt omnes, qui beneficia Ecclesiastica possident, quamvis primario de renunciatione Episcoporum agatur in locis citatis; etiam Pontifex, etsi hic non habeat superiorem, in cujus manus resignet, unde cum ea de re dubitaretur ob dictam rationem, illud dubium per peculiarem constitutionem Coelestini quinti sublatum est. Causæ legitimæ, quæ admitti solent in Episcoporum renunciationibus, sunt: magna corporis debilitas, defectus scientiæ, conscientia gravis alienjus criminis, irregularitas, v. g. si sit bigamus vel viduæ maritus, malitia plebis, quæ Episcopum suum nullo modo ferre possit, & grave aliquod scandalum, quod vitari debet, quorsum refertur exemplum

plum Gregorii Nazianzeni, qui sponte cessit Ecclesia Constantinopolitana ad tollendum scandalum, & sedandam seditionem, quæ excitata fuerat ob ejus bene & recte facta. Includuntur hæc sex causæ versiculis istis:

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis,

Quem mala plebs odit, dans scandala cedere possit.

Sed causæ, ob quas reliqua beneficia resignari possunt, plures recensentur in constitutione Pii V. quæ extat in *septimo Decret. h. e. cap. 3.* Senium nempe, infirmitas, corporis impedimentum vel vitium, crimen, censura Ecclesiastica, irregularitas, possessio plurium beneficiorum, promotio ad aliud beneficium, ingressus religionis matrimonii celebratio, modo id statim re ipsa exequatur, capitales inimicitia, & denique causæ, ob quas Episcopus renunciare potest. Effectus renunciationis est vacantia beneficii & amissio ejus intuitu renunciantis, nisi ex novo titulo superveniente id acquirat. Vide ista omnia cum reliquis ad doctrinam de renunciatione pertinentibus sive exequentem Henricum Pirhingium in *methode nova ad Jus Canon. ad tit. de renunciationibus Tom. 1. p. 339. usque ad p. 382.* Adde Zieglerum de *Episcopis l. 2. c. ult. p. 488. seq.*

§. IX.

Etsi igitur videatur cum renunciatione beneficii Quæ tam conjuncta esse amissio ordinis & secularisatio personæ men cum renunciantis, quia modo vidimus, inter causas, ob quas defertione clericus infra Episcopalem dignitatem constituti renunciaré possint, etiam recenseri celebrationem matrimonii, etiam recenseri celebrationem matrimonii, quæ præsupponit amissionem ordinis clericalis, nequaquam est confundenda. cum nullas clericus, etiam titularis tantum, possit habere uxorem, Ziegl. ad *Lansel. p. 141.* interim tamen

B3

nihil

nihil certius est, quam quod renunciatio beneficiorum Ecclesiasticorum non conjuncta sit cum amissione ordinis, nec faciat ex clerico laicum, partim, quia ne quidem, si ob delictum clericus deponatur, reus eximitur ordine, privilegiis & oneribus clericalibus, neque à jurisdictione & potestate Judicis Ecclesiastici. Ziegl. *ibid.* p. 128. Unde & circa quaestionem, quales ordines conferre possit Episcopus post renunciationem, distingui solet, an renunciaverit loco, an dignitati, ita ut priori casu possit rogatus omnes conferre, quos ante renunciationem poterat, posteriori vero minores solum possit conferre, non majores. Lancel. l. 1. tit. 24. §. ult. Rationem distinctionis exponit Ziegl. *ibid.* p. 164. Adeoque apparet, ex principiis Juris Canonici valde diversam esse renunciationem loci ac dignitatis à renunciatione ordinis. Illae observatis iis, quae diximus, sunt licitae, renunciatio ordinis est prohibita, exceptis ut, jam diximus supra §. 4. *in fine*, illis, qui in minoribus ordinibus sunt constituti, qui etiam ordini renunciare possunt. Unde de his intelligendum est, quando in constitutione Pii V. inter causas justas renunciationis refertur celebratio matrimonii, ut adeo constitutio illa, quoad recensionem hujus causae explicanda sit ex Lancelotti *Instit.* l. 1. tit. 23. §. ult.

§. X.

Sed nostri
Theologi
& JCtine-
q; deserti-
onem or-
dionis pro
crimine a-

Jam si cum his doctrinis Juris Canonici conferamus doctrinas Theologorum & JCtorum Evangelicorum, apparebit, nullam fere est propositionem primariam ex haecenus recensitis Canonistarum doctrinis, quae non displiceat nostratibus. Ac initio quidem nostrates desertionem voluntariam ordinis Ecclesiastici

fiastici nequaquam habent pro crimine. Ita enim Zieg. postasæ
 lerus *ad Lancel. p. 954. Eam (apostasiam ordinis) plane* habent.
ignorant veteres. Moralista hodierni tam operosi circa e-
am sunt, ut perlegisse illorum tractatus & pigeat & pæni-
teat. Nos duplicem tantum statuimus apostasiam, ita ut
alia fidei, quæ creditur, alia obedientiæ respectu sic dica-
tur. Prior ex Ecclesia vel facit catum, qui plane non est
Ecclesia, vel hæreticum reddit, propter posteriorem autem
impia redditur Ecclesia.

§. XI

Neque longe quærenda est ratio hujus contradi-Neq; vo-
 ctionis inter Doctores Pontificios & Evangelicos, quia tis mona-
 videlicet nostræ Ecclesiæ non agnoscunt principia, un- sticis obli-
 de Canonistæ illam conclusionem de apostasia irregu- gationem
 laritatis deducere solent. Unum ex illis principiis di- tribuunt.
 ximus §. 5. quod vota religiosa seu monastica minime
 omnium possint violari. Sed notum est, quid post
 Lutherum in tractatu *de vitis monasticis* ipsæ contesfio-
 nes publicæ Ecclesiarum Evangelicarum judicent de
 votis monasticis, scilicet, quod eadem pro plane im-
 piis & invalidis habeant. *vid. August. Confess. sub rubr.*
de votis Monach. ejus Apologia sub ead. rubr. item Artic.
Smalcald. P. 3. art. 14. Adde Zieglerum ad Lancel. p. 283.
et 286. Et si dicendum quod res est, in eo videtur
 latere magnum arcanum Papismi Politici, quod præ-
 cepta de votis legis Mosaicæ, quæ solum Israelitas re-
 spiciebant, & adeo vel ad legem forenssem vel ad cere-
 monialem referri debent, non ad legem moralem, ad
 statum Christianismi applicaverint, cum tamen sub
 Christianismo totus cultus Leviticus, adeoque & vota,
 tanquam pars cultus Levitici debuissent expirare, ut-
 pote

pote umbræ saltem rerum futurarum. At Clerus Pontificius, uti semper in favorabilibus & lucrosis legem Mosaicam particularem sive ceremonialem, sive forensam, rursus in praxin introduxit, ita & doctrinam de votis eorumque obligatione ad viridem & quotidianam observantiam restituit, quia tere ad ipsos solos, tanquam ad Ecclesiam representativam & eorum creaturas redundavit lucrum ex votorum præstatione percipiendum. Atque id eo majori cum successu fieri poterat, quod sacerdotes Ethnici ex identitate rationis similiter suis persuasissent voti obligationem externam *l. 2. ff. de pollicit.* adeoque, cum religio Ethnica aliquot adhuc sæcula ad Christum natum duraret, prius quam tota expelleretur, exempla Ethnicorum occasionem darent Episcopis Christianis persuadendi Regibus, ut vinci ab Ethnicis. Adde quod & Judæi Clero Pontificio jam præiverint in irrationabili explicatione legis Mosaicæ de votis, dum v. g. docuerant, juramentum de re præcepta omitenda non obligare, at obligare votum, ex pulchra illa ratione, quod votum rem illam, quæ antea præcepta erat, eo ipso, quod Deus jussit vota esse servanda, faciat illicitam, at jurans sibi ipsi rei præceptæ usum interdicit. &c. *vid. Seldenus de J. N. & G. sec. disc. Hebr. l. 7. c. 2. p. 835.*

§. XII.

Neque Sacramentum ordinis agnoscuntur

Porro ut propius accedamus ad apostasiam ordinis in specie, nostrates Theologi & Jcti non possunt eam inter crimina referre, quia supra §. 6. & 7. dicta docent, ideo Pontificios discessum à statu clericali in statum laicum habere pro crimine, quoniam ordinem velint

velint esse sacramentum, institutum in N. T. per impositionem manuum, quodque characterem indelebilem imprimat ordinato. Sed nostrates hæc tria negant omnia. Quod ordo non sit sacramentum prolixè docet B. Chemnitius in *Exam. Concil. Trident. P. II. p. m. 891. seqq.* unde potissima excerpemus. Initio prænotat *p. 392. seq.* contra Pontificios: in Scriptura N. T. appellationem sacerdotis & sacerdotii nusquã tribui ministerio N. T. sed Ecclesiasticorum Scriptorum v. g. Chrysofomi Augustini usu invaluisse, ut ministerium vocaretur sacerdotium, & ministri sacerdotes, eamque locutionem ferri posse, si denotetur, in N. T. esse externum sacerdotium, hoc est externum ministerium verbi & sacramentorum. Sed cum Pontificii declarent, se per sacerdotium non intelligere officium & ministerium prædicandi evangelium, verum se pugnare propter sacrificium missæ de externo & visibili sacerdotio i. e. potestate sacrificandi Christum in missa, hoc ferri non posse ab Evangelicis, verum sacerdotium illud esse commentitium, contumeliosum & blasphemum in Christum. Neque favere Pontificiis argumentum, quod tamen in V. T. fuerit Sacerdotium ad offerendas victimas, in Novo vero Testamento esse impletionem umbrarum Veteris, cum illæ umbræ & illa Sacrificia V. T. consummata sint & adimpleta in Novo unica victima veri Pontificis nostri Christi. Porro *p. 397. seq.* Augustum dicit esse sacramenti nomen in Ecclesia, nec ita constituendum, ut ad ceroferos deiciatur, vel ad illos, qui canes ex templis ambigunt, aut fores templi occludunt, & pavementum purgant, & nequidem ad Exorcistas. præprimis cum munus illud seu donum ejiciendi dæmonia, quod Augustini tempore adhuc in usu fuerit.

fuerit, postea plane deserit, & tamen, ut modo Exorcistarum ordo retineretur, aliud fuerit excogitatum, quod ipsis tribueretur, officium, ut videlicet catechumenos baptizandos exorcismis & exufflationibus præpararent ad baptismum &c. Denique concludit *p. 401.* ordinationem seu ordinem non esse verum sacramentum, uti sunt Baptismus & Cœna Domini, quia hæc duo sint media seu organa, per quæ Deus promissionem reconciliationis seu remissionis applicet & obfignet singulis credentibus, qui Baptismo & Cœna Domini utantur. Tale vero remedium seu organum non essetum ordinationis: Neque enim omnes ordinandi sunt, qui petunt sibi applicari & obsignari remissionem peccatorum. Multi etiam, ut Judas, accipiunt quidem, & habent gratiam ordinationis, non autem habent gratiam reconciliationis seu remissionis peccatorum &c. Adde Gerhard, *t. 6. loc. Theol. §. 155. seq. Ziegl. ad Lancel. p. 140. 301. 384. Brunn. Jur. Eccles. t. 2, c. 1. membr. 4. §. 4.*

§. XIII.

Neque
characte-
rem inde-
lebilem.

Idem B. Chemnitius *d. P. II. p. m. 45. seq.* de Pontificiorum charactere indelebili observat, ex ipsis Scholasticis Gabrielem illam doctrinam jam vocasse in dubium, partim, quod ipsum vocabulum characteris in illo quidem significatu nec in scriptura, nec in vetustis Ecclesiasticis Scriptoribus extet, in tantum, ut nec ipse Longobardiis characteris mentionem in illo sensu faciat; partim, quod res ipsa charactere significata non sit antiquæ autoritatis, sed dicta Dionysii, Augustini, Damasceni, & Longobardi commode possint exponi de forma sacramentali Baptismi, partim, quod ratio nulla

nulla svadeat talem characterem fingere, sed tota do-
 ctrina de characterem indelebili fit voluntaria & modica
 ratione fulcita, cum initerabilitas Baptismi non ori-
 atur ex characteris aliqua impressione, sed ex sola Di-
 vina institutione, adeoque solum ea doctrina nitatur
 autoritate Innocenti III. cum tamen ejus verba pos-
 sint admittere alium intellectum. Addit Chemnitius,
 et si ponamus hanc Innocentii auctoritatem esse unam
 primam ac solam, qua opinio characteris, Scripturæ &
 veteribus ignota, Ecclesiæ sit obtrusa, tamen ex autore
 colligi posse, quale hoc sit dogma. Illum enim Inno-
 centium esse, qui decretales ediderit, ut correctio Prin-
 cipum in secularibus referatur ad Papam, ut ille impe-
 rator sit, quem Papa coronari jusserit &c. Adde Zieg-
 lerum *ad Lancel. p. 165. 303. & 304.* ubi ipsa verba Ga-
 brielis Bielis excerptit, & similem sententiam refert ex
 Joh. Altenstaig lexico Theologico, imo notat, misere
 inter se digladiari Pontificios, ad quam rerum classem
 referri debeat character ille indebilis. Durandum e-
 nim docere, non esse nisi ens rationis, sive respectum
 rationis; Scotum vero censere esse relationem realem.
 Unde subjungit ipse Zieglerus: *Sed referant quo velint,*
nos inter figmenta habemus & febricitantis cerebri partus
prodigiosos. Conf. eund. Ziegl. *ibid. p. 323. 324. & 339.*
 Tandem *d. tract. p. 905.* etiam monstrat, quodnam sub-
 fuerit arcanum Politicum, cur Clerus Papalis ex hoc
 figmento fecerit articulum fidei. Nimirum, *quia in*
gravissimis delictis oppido leves pœna Jure Canonico decer-
untur, plurimi characterem ordinis ideo tantum suscipi-
unt, ut quia perditissimi sunt & corruptissimi, isto velut an-
tidoto adversus leges & judicia publica se muniant. Nec
 omit-

omittendum est illud argumentum, adversus hanc characteris indelebilitatem, quod sane ipsi Pontificii delectant istum characterem per degradationem, adeoque circa indelebilitatem istam eo ipso dispensent. *cap. 2. de penis in 6. Lancelott. l. 1. Instit. tit. 20.* Unde paucis mutatis huc applicari poterit argumentatio Augustanae confessionis sub rubrica de votis monasticis. *Quod si obligatio votorum (Character indelebilis) nullas haberet causas, cur mutari (deletri) possit, nec Romani Pontifices dispensassent. (deletri) Neque enim licet homini obligationem (indelebilitatem) quae juris Divini est, rescindere. Conf. Ziegl. ad Lancel. p. 283.*

§. XIV.

Neq; impositionē
manuum
in Ordinatione esse
ex præcepto Divi
no.

Denique de impositione manuum in ordinationibus adhiberi solita id graviter monet B. Chemnitius *d. P. II. Exam. Concil. Trid. p. 402.* Christum semel adhibuisse insufflationis symbolum post resurrectionem, *Job. XX.* non autem addidisse mandatum, ut Ecclesiarum ritum illum insufflationis in ordinatione ministrorum imitaretur. Imo ipsos Apostolos, cum vellent adhibere externum aliquem ritum in ordinatione, non sumis-
sumisse symbolum insufflationis, etsi Christus eo usus fuerit, ne scilicet existimaretur, Christum dedisse mandatum de usurpando ritu illo. Sumis-
sisse igitur alium ritum indifferentem & liberum, impositionem scilicet manuum. Neque enim necessitatem voluisse Ecclesiis imponere, de qua ipsi nullum habuerint Christi mandatum. Habere igitur ministerium verbi & sacramentorum promissiones divinas, & illis etiam niti orationem in ordinatione, sed illas promissiones non esse

esse alligandas impositioni manuum, de quo nec mandatum Christi, nec talis promissio extet. Hoc tamen non obstante suffraganeos Pontificiorum sine pudore sibi arrogare ea, à quibus abstinuerit modestia Apostolorum. Insufflans enim, ita pergit Chemnitius, in ordinatos inquit: Accipite Spiritum Sanctum. Sed ubi mandatum? ubi promissio? Et blasphemia est fingere, in fœdito suffraganei anhelitu inclusum esse Spiritum Sanctum, ut in sufflando dicere possit: Accipite Spiritum Sanctum. Hinc & Zieglerus *de Superintend. cap. 14. §. 13.* docet, hunc ritum non esse absolute necessarium, nec de essentia instituendi pastoris, & posse aliquem sine tali ritu ministrum Ecclesiæ verum esse, docere verbum Dei & administrare Sacramenta, retinendum tamen illum esse, neque extra necessitatis casum omittendum, tum propter Ecclesiæ Apostolicæ consuetudinem, tum propter alias rationes. Unde eodem modo intelligenda sunt, quæ docet Idem *ad Lancel. p. 73.* Adde Brunnem. *Jur. Eccles. l. 1. c. 5. §. 22.* & Illustr. Strykium *in notis ibid. ad §. 19. p. 87.*

§. XV.

Hæc vero omnia cum ita se habeant, uti hæc. Propterea nus deducta & monstrata sunt, videbatur sine ulterio- tamen ori hæsitacione dicendum esse, quod ex sententia non inferendum, strorum Theologorum & Actorum desertio ministerii esse, quod Ecclesiastici etiam inter res omnino licitas & principis doctrinæ Evangelicæ haud adversantes sit recentibus Protestantium, fenda. Uti enim cessante ratione legis debet ipsa desertio ministerii legalis cessare, ita etiam cessante medio termino conclusionis videtur ipsa conclusio esse immutanda,

C3

habeatur
pro relic-
ta.

tanda, quoniam medius terminus est instar; cau-
sa, conclusio instar effectus ad secundum com-
munia primæ Philosophiæ principia cessante causa,
cessat effectus. Imprimis autem illud maximopere
considerandum videtur, quod *supra* §. 10. fuerit addu-
ctum, à nostratibus negari directo ipsam conclusio-
nem, dum non agnoscunt apostasiam irregularitatis
pro specie apostasiæ & criminis; Ergo habent pro re
licita, si quis deserat ministerium. Sed nequaquam
hic festinandum erit, quin potius regulæ prudentiæ &
justæ ratiocinationis ivadent, ut ante pronunciationem
de sententia Protestantium circa desertionem ministe-
rii, ipsos evolvamus, quid circa hanc quæstionem re-
spondere soleant. Neque enim tutum est, ex rejecti-
one medii termini inferre rejectionem conclusionis.
Cum sæpe doctores eundem effectum seu eandem con-
clusionem deducant ex diversis & oppositis principiis,
ut vel ex exemplis experimentorum antliæ pneumati-
cæ, item ex conclusionibus doctrinæ. Hobbesianæ plu-
rimis, quas communes habet cum aliis doctoribus, patet.
Adde quod etiam secundum vulgarem canonem primæ
Philosophiæ unius rei plures possint esse causæ. Unde et-
iam Jcti notare solent, quod argumenta à contrario
sensu, præprimis in legibus Codicis, plerumque robore
suo destituantur. Nec valet illatio intuitu ipsius con-
clusionis: Nostri negant, desertionem ministerii esse
crimen apostasiæ, ergo negant esse crimen: aut, si et-
iam negent esse crimen, ergo statuunt esse rem licitam
ac laudabilem, vel etiam plane indifferentem. Notum
est, esse licentiam indifferentiæ & impunitatis. Impu-
nis quidem est desertio, si crimen non est; at propter
eata-

ea tamen non est res indifferens. Nec omne, quod licet, honestum vel decorum est. Et forte ipsi Doctores hac parte non sunt unanimes, cum ipsa quaestio directo non possit definiri ex confessionibus communibus, aut libris, qui vocantur, Symbolicis, nec videndum adeo, quid unus & alter Theologus aut Jctus inter Protestantes statuat, sed audiendi sunt & alii. Ergo audiamus & alteram partem.

§. XVI.

Ubi deprehendimus ab initio, nostrates non esse unanimes in ipsa conclusione de apostasia irregularitatis. Summus Jctus, & cui plurimum debet Jurisprudencia Ecclesiastica, quiq; Jus suum Ecclesiasticum in sum Ecclesiarum Evangelicarum & Consistoriorum concinnavit, B. Brunnemannus apostasiam tamen ordinis retinuit. l. 2. cap. 18. §. 16. *Apostasia*, inquit, est desertio seu discessio a professione fidei, vel religione, vel ordine sacro. *Apostata fidei bonis omnibus privatur, sed apostata ordinis & religionis amittit beneficium.* Quid clarius dici poterat, quam quod Vir Jctissimus arbitratus fuerit, apostasiae divisionem Juris Canonici in apostasiam fidei, religionis, & ordinis esse bonam, aut certe non malam, & in Ecclesiis Evangelicis retinendam, adeoque desertionem ordinis esse crimen.

§. XVII.

Deinde quod rationem Juris Canonici, cur desertio religionis sit crimen, de obligatione votorum aliam latam supra §. 5. concernit, et si ad nostram quaestionem, quam tractamus, non videatur pertinere, cum monachos haud habeamus in nostris Ecclesiis, de apostasia religionis non disquirimus; tamen etiam si pro-

ambob
tion
dum
mag
moy

Imo à qui-
busdam
videri eam
inter spe-
cies crimi-
nis apostas-
iae referri.

Item: si
centiam
desertio-
nis mini-
sterii im-
pugnari
posse ex

doctrina
nostrati-
um de ob-
ligatione
votorum.

si propius rem aspicias, non nullius ponderis argu-
mentum contra licentiam deserendi ministerium inde
potest desumi, quod, etsi Theologi pariter ac JCti no-
stri per dicta §. II. rejiciant vota monastica, non tamen
rejiciant obligationem votorum in genere, quin poti-
us eandem ut doctrinam principiis Evangelicis conve-
nientem, certe cum iis non pugnantem, quoties se of-
fert occasio, inculcent. Ita modo laudatus B. Brunne-
mannus *d. tractatu l. 2. c. 7.* distincte satis doctrinam
Canonistarum de obligatione votorum in genere re-
petit, eamque non impugnat, imo *in additionibus* Illu-
stris Dn. Ordinarii *p. 415. & 416.* adducuntur Theologi
nostrates, vota ex parte indulgentes, ex parte etiam
commendantes. Schilterus *Inst. Jur. Can. l. 2. tit. I. §. 39.*
Votum quoque, dicit, est species cultus Divini ex libera
voluntate decreti &c. solvendum est regulariter in Ecclesia
&c. Habita quoque est Jenæ anno 1657. sub præsidio
Strauchii dissertatio inauguralis Wilhelmi Leiseri, Pro-
fessoris postea Wittebergensis de votis, item anno 1673.
alia Altorffii sub præsidio Textoris de eadem materia,
in quarum utraque obligatio ex votis oriunda asseritur,
& in posteriore §. 55. elegans casus inseritur de voto
Nicolai Rittershusii, JCti celeberrimi, qui, cum juve-
nis peregrinaretur, & Parisiis in morbum incidisset pe-
riculosum, tum temporis adhuc cœlebs, si reconvalu-
isset, omnium bonorum suorum, præsentium & futu-
rorum, medietatem voto ad Deum emisso ac literis ex-
presso in pias causas erogandam promiserat. Recu-
perata postmodum sanitate conditio voti purificata e-
rat, & ille in patriam redux atque ad publicum officii-
um promotus, eo per longos annos functus fuerat, si-
liam.

liamque unicam ex legitimo thoro susceperat. Post
ejus obitum de viribus voti, & num valeret in præju-
diciam filiae, quærebatur. Salva erat absque dubio le-
gitima, & sic jure stricto valisset votum. Sed tamen
Dn. Scholarcharum ordo, inspecta voventis tum con-
ditione, tum intentione mitius sensit, atque transactio-
nis vice trecentos tantum aureos ex patrimonio defun-
cti ad pias causas erogandas statuit &c. Igitur ex dictis
ita argumentari poteris desertionem ministerii inter-
res illicitas & prohibitas referendam esse, etiam in terris
Protestantium Statuum, quia quilibet minister Eccle-
siae in ordinatione, si non expresse, saltem tacite vovet
ac promittit, quod perpetuo in isto ministerii statu
manere velit.

§. XLIX.

Ac ne gratis hoc asserere videamur, respiciamus
iterum doctrinam Schilteri de ordinatione ministro-
rum Ecclesiae l. 2. tit. 14. §. 6. *Ordinatio, dicit, confert or-
dinato jus ac facultatem in Ecclesia docendi & administran-
di sacramenta, & inducit obligationem ad obeundum hoc mi-
nisterium per omnem vitam, schema sacerdotale, cingulum
caelestis militiae, characterem, unde Scholasticorum chara-
cter indelebilis natus, quem Concilium Tridentinum sub ana-
themate inculcavit* &c. Ergo ab hoc Jcto non solum
expresse inculcatur obligationem ad ministerium obe-
undum esse perpetuum, sed & character indelebilis non
improbari.

Itē a Schil-
tero asseri,
ordinatio-
ne produ-
cere obli-
gationem
in perpetu-
um, & cha-
racterem
indeleb. ab
eo non
improbari.

§. XIX.

Et quid opus est, prolixius de rationibus defini-
endae quaestionis nostrae esse sollicitos, cum adsint loca
Doctorum nostrorum, ubi circa ipsam quaestionem
D men-

Sententiae
nostrati-
um The-
ologo.

rum speci-
ales de
hac qua-
stione;
nempe
Pauli Tar-
novii.

mentem satis distincte declarent, in eo consentientes, quod nunquam liceat deferere ministerium Evangelicum, nisi ex pregnantibus causis, & cum consensu superiorum, etsi in explicacione causarum non ubique conveniant, quæ ipsa decisio parum videtur differre ab iis, quæ supra §. 4. seq. juncto §. 8. seq. ex Jure Canonico de crimine apostasie, irregularitatis, & causis renunciandi beneficiis Ecclesiasticis retulimus. Extat in Consiliis Dedekenni *Vol. I. P. III. L. 1. Membr. 2. Sect. 9. n. 9. f. 788.* judicium Pauli Tarnovii, Theologi, ut ex omnibus ejus meditationibus, quæ in Dedekanno excerptæ reperiantur, cognoscere licet, valde acuti & modesti, quod cum breve sit, non pigebit hic totum describere: *An qui semel ministeriose adixit, abdicare se ab eodem unquam in vita libere & licite possit? Resp. Affirmativam placere nonnullis, qui sua quieti malunt, quam Ecclesia soluti consulere, experientia testatur. Negativam nos tuemur. Caterum, ne ulla ambiguitas vel in Subjecto vel in Predicato relinquatur, ministrum Ecclesie intelligimus legitime vocatum, facultate præstandi muneris adhuc satis instructum, ab Ecclesia etiam diutius desideratum, sed sola voluntate ulterius inserviendi suis auditoribus destruitum, vel quia tædet eum laboris & molestiarum, vel quia abunde ipsi suppetit, unde se suosque sustentet, vel etiam, quia aliis carnalibus causis ad mutationem & abdicacionem spontaneam permovetur. Licitum autem censemus hoc loco, quemadmodum & liberum, respectu juris Divini, quo univertitur conscientia bona, non humani ullius, aut etiam pena, quam in ejusmodi inconstantes apud nos nullam constitutam novimus. Argumenta pro nostra sententia afferimus triplicia: testimonia Scripturæ, exempla ex eadem, & rationes.*

nes. Testimonia sunt partim generales & communes sententia Apostoli 1. Cor. 7. v. 17. 20. Unusquisque in qua vocatus est vocatione, in ea maneat: partim specialia & singularia Christi monita de perseverantia in officio Matth. 10. v. 22. Qui perseveraverit ad finem salvabitur. Luc. 9. v. 62. Qui manu ad aratrum admota respexerit, non est aptus ad regnum caelorum. Apoc. 2. v. 19. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitae. Exempla probata sunt Prophetarum & Apostolorum & aliorum, qui munus suum non ante reliquerunt, quam cursum suum consummaverunt, ut de se praedicat Apostolus, 2. Tim. 4. v. 7. Ratio ex oppositis sit haec: Vocare & ingerere se ipsum in ministerium non est liberum & licitum. Ergo nec abdicare & relinquere semel susceptum ministerium est liberum & licitum. Valet consequentia ex eo, quod quorum est vocare, eorum etiam est dimittere.

§. XX.

Idem cum Tarnovio sentit Facultas Theologica Facultatis Theologicae Jenensis. Jenensis *ibid.* n. 9. quae interrogata anno 1620. An minister Ecclesiae possit officium suum saltem transmutare cum officio Rectoris Scholastici, respondit, id licere quidem in casibus, si non habeat dona docendi populum, vel si sit valetudinarius, vel si auditores eum oderint, vel si sit magis idoneus ad officium Scholasticum & ritè vocetur. Tum enim absque laesione conscientiae mutationem hanc suscipi posse, cum inter officia Ecclesiastica & Scholastica magna sit affinitas, uti in corpore humano sit perpetua venarum & arteriarum conjunctio, & quod, uti scholae sint parvae Ecclesiae, ita Ecclesiae sint magnae scholae. Quod si vero quaerens sufficientibus donis ministri Ecclesiae sit praeditus, & ab

auditoribus suis ametur & honoretur, non debere enim vocationem suam ob majorem quietem & majus salarium deserere. *Iidem ibid. n. 12.* eodem anno responderunt, ne quidem studiosum Theologiæ posse salva conscientia, nisi ex similibus causis prægnantibus, derelinquere studia Theologica, oblata licet pinguiore fortuna in statu oeconomico, adeoque hic omnino magnam differentiam esse inter studia Jurisprudentiæ, Medicinæ & Philosophiæ, tanquam artium, ut loquuntur, ad inferius hemisphærium pertinentium. Eamque in rem urgent dicta *Luc. 9.* de eo, qui manum ad aratrum admovit, & *2. Timoth. 2. v. 4.* ubi Paulus dicit, neminem qui militat, implicari vitæ negotiis, ut ei placeat, a quo delectus est miles.

§. XXI.

Danhaue-
ri-

Similiter B. Danhaucus *P. II. Theol. Symbuletica Dial. 3. Sect. qu. 17.* desertionem ministerii sacri & electionem vitæ rusticæ, mechanicæ, militaris, mercatoriæ comparat cum abdicatione conjugii, magistratus, & ministerii, mutati cum susceptione votiva vitæ monasticæ, & singula hæc repugnare regulæ conscientiæ asserit, afferens præter loca scripturæ jam à præcedentibus allegata *1. Cor. 7. v. 20. Apoc. 2. v. 20. Luc. 9. v. 62.* etiam textum *Proverb. 27. v. 8.* *Sicut avis transmigrans de nido suo sic vir, qui derelinquit locum suum &c.*

§. XXII.

Ex Reformatis Gisbertus Voetius *Polit. Eccles. P. II. l. 3. tract. 2. cap. 10.* cum ministerii desertionem divisisset in necessariam, quæ fit ob graves aut necessarias causas, & spontaneam, cum quis proprio motu ministerium deserit, ut privatus vivat & otio fruatur, posteri-

posteriorem desertionem ait esse illicitam, quamdiu quis animi & corporis viribus ad propagationem fidei & Ecclesie ædificationem requisitis adhuc instructus sit, & quidem ex rationibus sequentibus: I.) ex dilectione Christi, *Job. 21. v. 16. coll. cum 2. Cor. 8. v. 14. II.)* Ex exemplo Christi, *Job. 9. v. 4. III.)* Ex exemplo & præcepto Pauli *1. Cor. 9. v. 16. 17. seq. 2. Tim. 4. v. 1. seq. IV.)* Ex eo, quod in confirmatione publice coram Ecclesia responderint, se in corde suo sentire, quod à Deo ad hoc munus vocati sint, ergo sanctificati & separati ad Ecclesiam Dei &c. V.) Ex dignitate & excellentia operis ministerialis. VI.) Ex mercede, quæ pro opera illa promissæ est. *Daniel. 12. v. 3.* Quæ argumenta etiam suo modo vult applicari posse ad candidatos ministerii & proponentes, quorum desertionem comparat cum maledictione urbis Meros. *Jud. 5. v. 23.* & cum Dema Paulum deserente *2. Timoth. 4. v. 10.* Corroborat porro hætenus dicta argumentis secundariis. (1) Ab eventu, sæpe enim accidere, ut in alia vocatione temporali parum felices sint; non raro etiam, ut, cum Ecclesie ædificationi infervire noluerint, ejusdem & sacri ministerii detractationi, vexationi, destructioni & disturbancei clam aut palam incumbant &c. (2) Ab auctoritate; Inter canones ordinis Ecclesiastici provinciarum Belgii canonem 12. ita disponere: *Quandoquidem minister verbi semel legitime vocatus per omnem vitam ad ministerium obligatus est, non licebit ipsi ad alium vitæ statum se transferre, nisi ob graves & momentosas rationes, de quibus classis cognoscet & judicabit.* (3) A rei judicæ exemplo; Dicit se meminisse, aliquando, in Synodo Groningo-Omlandica judicatum esse, ministrum de-

fertorem muneris alicujus politici seu secularis ambiendi & obtinendi causa, indignum esse, qui ad tale munus promoveatur. At desertionem necessariam ob graves videlicet & legitimas causas à synedrio & classe cognoscendas ac judicandas statuit esse legitimam. Inter causas illas putat duas esse principales: unam, supervenientem defectum memoriæ, vocis, morbi chronici aut symptomatis, decrepiti senii; alteram, translationem ad aliam Ecclesiam. Quæ tamen magis est desertio particularis officii, quam generalis, de qua loquimur.

§. XXIII.

Tum de
quæstio-
nibus ma-
gis specia-
libus.

Idem mox ad specialiora transiens quærit: An quis vocatus ad Professionem Theologicam (absque ministerio Ecclesiastico) ministerium deserere possit? Respondet, id nec cui libet, nec semper suadendum esse. Si tamen alii non suppetant, quibus tuto Professio Theologica committi possit, aut periculum sit, ut te onus illud non subeunte aliud quoddam pruriens & novaturiens ingenium aut Theologus νοομικὸς & minime practicus, ne quidem theoretice practicus, aut orthodoxus quidem & pius, sed apparatu eruditionis haud fatis instructus, ad cathedram illam promoveatur, utique Synedrio tuo volente (si causæ Dei studeat) & svadente acceptanda Professio. Seminaria enim ministerii deserenda non sunt, nec admittendum, ut corruptio orthodoxiæ aut genuinæ pietatis illic aliquem habeat accessum. Similiter ad quæstionem; an desertio ministerii svadenda sit, si quis minister Ecclesiæ vocatus sit ad Professionem Philosophicam, aut linguarum Hebrææ & Græcæ, aut historiæ temporum, imprimis

primis Ecclesiasticæ, aut ad Rectoratum scholæ trivialis? respondet, de Professione historiæ Ecclesiasticæ id videri affirmandum, si alii in studiis illis exercitati & ad ejusmodi provinciam apprime idonei non ita haberi possint, cum historia Ecclesiastica illustret controversias Theologicas, & ita Davidem Blondellum a ministerio Ecclesiastico transiisse ad commentationes de antiquitatibus Ecclesiasticis. De aliis Professionibus autem id non videri concedendum esse, nisi necessitas defectus supplendi in Academia & diminutio in donis concionandi ad hoc compellat.

§. XXIV.

Sed ut hætenus dicta de sententia nostratium Theologorum & JCo-
Methodus distinctius
 proponendi sententiam
 nostratiū per positiones.
 rorum in questione de licentia desertionis ministerii paulo distinctius & absque confusione concipiatur, juvabit eam includere brevibus positionibus, ut postea ex harum collatione cum doctrina Juris Canonici pateat, Theologos & JCos nostros, etsi desertionem ministerii regulariter haud probent, tamen eorum doctrinam nequaquam confundendam esse cum doctrina Juris Canonici de apostasia, ordinis, sed toto cælo ab ea differre. Atque adeo hic ante omnia mœnendum est, supra §. 19. Paulum Tarnovium non male quidem fecisse, quod argumenta triplicia attulerit, testimonia scripturæ, exempla & rationes, sed tamen cum exempla haud dubie argumentis non probantibus sed illustrantibus sint adscribenda, & testimonia Scripturæ Sacræ, quæ tam ab ipso, quam à reliquis, quos excerpimus, allata sunt, non revelent articulum aliquem de mysteriis fidei, sed potius se fundent in ratione aliqua palpabili & evidenti, adeoque argumentis a ratio-

ratione desumptis non exacte opponi possint, inde etiam nemo credo nobis vertet vitio, si in positionibus, quibus sententiam nostratium inclusuri sumus, primario respiciamus ad doctrinam dictaminis rectæ rationis communis toti humano generi.

§. XXV.

I. Desertionem ministerii non esse crimen.

Sit igitur positio I. *Desertio ministerii Ecclesiastici non est crimen, sed actio licita, i.e. impuris.* Docet id experientia, & fatetur idem supra §. 19. satis clare Paulus Tarnovius, nec reliqui, quos §. 20. seqq. excerptimus, contradicunt. Tantum illud dubium removendum est, quomodo ea, quæ §. 16. exhibuimus ex B. Brunnemanni conciliantur cum reliquis. Sane enim, si desertio ministerii est species criminis apostasiæ, erit utique crimen. Sed ad ista quidem non est difficilis responsio. Et si tractatus B. Brunnemanni fuerit ab eodem in usum Ecclesiarum Evangelicarum & Consistoriorum concinnatus, fuit tamen tractatus posthumus, ubi non licuit JCo summo omnia capita æquali diligentia ad principia doctrinæ Evangelicæ examinare, uti quidem cum magna cura & studio, in multis fecit capitibus, ubi reliquias multas fermenti Canonistarum, quod in nostra Consistoria, vitio magis seculi, quam personarum singularum, intravit, magno cum judicio subinde ostendit, & emendationem pie ac graviter svadet. Sed in aliis quibusdam capitibus brevior est, & saltem doctrinam Juris Canonici excerptit, idque etiam certis verbis: *secundum Canonistas, aut Canonistæ docent, & similibus* indicat. Imprimis vero in toto isto capite, quod de delictis agit, unde supra excerptimus hanc objectionem tales locutiones passim indicant beati viri mentem

tem. Adeoque in his non putandum est, quod voluerit doctrinis aliorum Theologorum & Jctorum Evangelicorum, abusus Juris Canonici observantium, contradicere. Etsi vero gravitas negotiorum vel alix causæ ipsi non permiserint, ut in omnibus capitibus Juris Canonici suspectis, aut emendatione indigentibus, tutius id expedire potuerit, solet tamen quandoque duobus verbis sententiam veram aut emendatricem, si accuratius ejus sensum rimeris, non obscure indicare. Atque huc merito refero in loco supra §. 16. excerpto hæc pauca ejus verba: *Apostata ordinis, inquit, amittit beneficium.* An nil amplius patitur? Sane supra §. 4. fuit ostensum, Jure Canonico apostasiam ordinis non saltem puniri amissione beneficiorum, (quæ etiam, ut infra videbimus, non est pœna proprie dicta) sed insuper excommunicatione, infamia, incarceratione & aliis pœnis proprie dictis. An hæc ignota fuisse putas viro in Jure Canonico pariter ac Civili versatissimo? Minime. Sed haud dubie in illis verbis paucis respexit ad usum Ecclesiarum nostrarum, quæ ideo, quia apostasiam ordinis non habent pro crimine vero, nec etiam istas pœnas adhibere solent, sed contentæ sunt sola amissione privilegiorum, tanquam ex natura desertionis voluntariæ profluente, eamque insequente.

§. XXVI.

Positio II. *Desertio voluntaria ministerii Ecclesiastici, Sed tamē regulariter repugnat regulis honestatis, si fiat sine gravi parū honestam, si fiat absq̄ justis causis, & justa causa.* Hic omnes consentient, quorum doctrinas dedimus §. 19. seqq. Rationes vero hujus positionis non sunt peculiare ministerio Ecclesiastico, sed communes omnibus statibus & officiis. *Indicat enim*
 E animum

34 DISSERT. JURID. DE DESERTIONE
animum vagum & inconstantem aut vitiosis affectibus,
voluptati, avaritiæ aut ambitioni deditum. Adeoque
quoad hanc rationem ministerium nullam habet præ-
rogativam præ aliis statibus quibusvis, sive Academi-
cis, Jurisprudencia puta, Medicina, Philolophia, sive
Politcis, ut militia, magistratu &c. sive oeconomicis,
ut agricultura, mercatura &c. Ducunt ad hanc ob-
servationem ipsa dicta Scripturæ supra §. 19. adducta
1. Cor. 7. v. 17. 20. de omni vocatione, item Luc. 9. v. 62.
de agricultura, & ex §. 20. dictum 2. Timoth. 2. v. 4. de
milite non immiscente se aliis vitæ negotiis, item ex §.
21. locus Proverb. 27. v. 8. de viro derelinquente locum
suum. Hac observatione vero adhibita facile concili-
are poteris dissensum Theologorum nostrorum de
scopo dicti Luc. 9. v. 62. Licet enim nonnulli hunc
locum de vocatione ad ministerium intelligant, inter
quos sunt Theologi Jenenses apud Dedekennum Vol. I.
Conf. Theol. Part. III. L. 1. membr. 2. §. 9. n. 12. adde Dunt-
Caf. Conf. c. 18. §. 2. g. 4. & Tarnov. de minist. l. 3. c. 1. qu. 1.
sunt tamen alii, qui eum interpretantur sensu spiritu-
ali, ita, ut per admotionem manus ad aratrum intel-
ligant non tam vocationem ad ministerium, quam po-
tius vocationem ad veram virtutem, ut vocati adipiscan-
tur regnum cœlorum, i. e. pacem conscientiæ, & pos-
sessionem Spiritus S. Balduinus Walæus in Comment. ad
hunc textum. Consentit Flacius Illyricus ad h. text. in
verbis: *Parabolica hac locutione significatur, eum qui dedit
nomen Christo, sequi ejus discipulum professus est, oportere
prorsus illi addictum esse. Vult Christus, suorum cor sibi
penitus consecratum esse, ut etiamsi habeant negotia & o-
pes, sint tanquam non habentes & possidentes. vid. Ditput.*
D. Lin.

D. Linckii de apostasia studiorum S. 2. §. 10. Quicquid autem sit de scopo & applicatione hujus parabolæ, sufficit, quod ipsa desumpta sit à ratione generali & tali, quæ communis est ministerio Ecclesiastico cum aliis quibuscunque statibus.

§. XXVII.

Positio III. Desertio ministerii, etiamsi fiat ex gravi & justa causa, repugnat tamen regulis decori, si fiat absque præscitu eorum, quorum interest, maxime superiorum. Ratio hujus positionis fluit ex natura communi officiorum honorificorum in civitate, quale etiam est munus Ecclesiasticum. Uti enim nemo ad officium aliquod promovetur in civitate, nisi cum præscitu & consensu illorum, quorum interest, ita etiam incivile esset, & regulæ decori naturalis, in specie gratitudinis violarentur, si quis, etiam justas causas desertionis habens, inscientibus promotoribus & superioribus ab officio velit aufugere, idque clanculum & insalutato quasi hospite derelinquere. Quod si ne quidem justas causas quis habeat, & insalutatis superioribus ministerium derelinquat, tum per monstrata §. precedente ex duplici capite turpis est derelictio, violans scilicet & regulas honestatis & regulas decori. Conf. excerpta ex Voetio supra §. 22. & 23. Rationem hanc disertis quoque verbis innuit Tarnovius supra §. 19. in fine. Interim tamen positionis hujus ratio non tam late patet, ac ratio positionis precedentis, quæ desumpta erat ab omnibus statibus. Nam officia quidem status sunt, sed non omnes status officium publicum præsupponit. Unde in precedente positione ratio desumebatur etiam à studiis Academicis, item agricultura, mercatura, & statu oe-

III. Et parum decoram, si fiat absq; præscitu eorum, quorum interest, maxime superiorum.

tu oeconomico in genere, qui, quatenus non sunt conjuncti cum officiis, possunt derelinqui & mutari citra praescitum aliorum. Porro per eos, *quorum interest*, intelligo non solum superiores, sed & suo modo inferiores & auditores. Per *superiores* autem pro diversitate circumstantiarum & casuum intelliguntur patroni, magistratus loci, classium & synodorum vel consisto-
 riorum &c. ita tamen, ut hic considerentur, quoad gradus decori, mores & consuetudines in illo loco recepti, qui saepe variare possunt ac solent. Id quidem commune esse solet, quod respectu inferiorum sufficiat, ut in aliis officiis, sola praescientia absque impetratione dimissionis, ita ut regulariter officio suo & regulis decori satisfecisse videatur minister Ecclesiae, si ante desertionem concione valedictoria, vel simili modo eam auditoribus notam faciat. Ast intuitu superiorum etiam opus erit, si vitium ingratitude & notam turpitudinis effugere velit, ut dimissionem modeste petat, ac in tempore animum deserendi patronis aperiat &c. Denique notanter dixi, desertionem non fieri debere absque *praescitu* eorum, quorum interest, non vero consensus mentionem feci, etsi ratio positionis, quod officium omne non *sine praescitu & consensu* superiorum acquiratur, videatur etiam *consensum* ad minimum superiorum in desertione ministerii postulare. Quare cum hoc dubium paulo distinctius sit exprimendum, melius erit, peculiari positione rem proponere.

§. XXIIIX.

IV. Con- Sit ergo Positio IV. *Eadem regula decori postulant,*
 sensus ta- *ut deserens dimissionem modeste petat a superioribus; Super-*
 men im- *iores tamen non habent potestatem eum cogendi, ut mane-*
 at

at, adeoque si consensum suum petenti denegent, non poterunt tamen desertionem ministerii ejusque effectum impedire. Ratio hujus assertio- nis quoad primum membrum de petitione dimissionis iterum communis est, ex natura officiorum omnium, per dicta §. *præc.* quoad posterius vero membrum petenda est ex natura communium officiorum, sed non omnium, verum talium, quæ in officiali specialem fidem & industriam requirunt. Et talium officiorum generaliter ea est natura, ut licet multa, si non omnia, ita sint comparata, ut qui ea suscipit, vel intentionem habeat illa gerendi ad dies vitæ, vel etiam quandoque mentem suam de tali intentione declaret, ac eadem ab altera parte acceptetur, tamen, si velit officio illi renunciare, (quamvis non laudabiliter id fiat) non possit cogi, ut maneat, aut poena affici, idque ex variis rationibus. Nam initio in officiis ejusmodi dignitatem, honorem, ac facultatem agendi annexam habentibus jus & obligatio sunt quidem plerumque conjuncta, ita tamen, ut officium & obligatio incipiat à jure & facultate, non vice versa. Unde, cum secundum communem regulam quilibet juri suo renunciare possit, nihil obstat, quo minus & hæc ad officia talia possit applicari. Neque obest, quod ab initio intentionem istud officium perpetuo administrandi habuerit, eamque publice declaraverit, quia talis declaratio, etiam acceptata ab altera parte, non tamen habet vim promissionis perfectæ, sed pertinet ad speciem nudæ assertio- nis de voluntate nostra in presenti, absque voluntate nos obligandi, de qua vid. Grotius *de J. B. & P. l. 2. c. 11. §. 2.* Pufend. *de J. N. & G. l. 3. c. 5. §. 2.* Imo ponamus, ministrum Ecclesiæ patronis & promotoribus, aut

petratio-
nem præ-
cise neces-
sariam,
non esse.

tori etiam Ecclesie formaliter & vere promississe, quod perpetuo velit officio illo fungi non excluderet tamen illa promissio, ut alia similes, iustas renunciandi causas. Imo, si etiam fieret absque iustis causis, adeoque, præsupposito illo veræ promissionis casu, perfide, non tamen perfidia omnis est objectum vel poenarum, vel etiam coactionis, partim, quia perfidia illa difficillime probari potest, cum nunquam tere desit prætextus iustæ causæ in ejusmodi negotiis, partim quia coactio in ejusmodi officiis esset frustranea, nec obtinere posset spectatum finem, i. e. servationem promissi. Nam cum talia officia requirant fidem & industriam, fides autem & industria sint res maxime voluntariæ omnem coactionem respuentes, stulti forent illi, quibus fides data violaretur, si per coactionem alicui fidelitatem & industriam extorquere vellent. Unde & Jus Romanum ex regulis prudentiæ legislatoriæ his casibus, qui industriam & fidem requirunt, læsis consulit alio modo, ut scilicet lædentem convenirent ad interesse. Quod non recte percipiens vulgaris Jurisprudentiæ turba errorem communem, (etiam post tantam Jurisprudentiæ lucem adhuc hodiernum,) introduxit in Jurisprudentiam, ac si in promissionibus facti promittens non teneretur ad præstandum factum, sed liberetur præstando interesse. Porro cur in quæstione præfenti de renunciatione ministerii ne quidem coactio per ullam actionem ad interesse locum habeat, istæ sunt rationes. Initio doctrina Evangelii, ut omnis doctrina sapientiæ, non est res in commercio. At, quæ non sunt in commercio, non recipiunt æstimationem, adque id, quod nostra interest, non potest in actionem deduci.

deduci. Deinde nota est regula: quod exceptio, tua non interest, possit opponi cuilibet agenti. Ista exceptio haud dubie etiam opponeretur à deserente (posito etiam, quod auditores vel superiores instituerent alias actionem ad interesse) actoribus. In omnium ore est proverbium: *Non deficit alter*. Abundamus copia candidatorum ministerii, non laboramus defectu; Ergo quid interest eorum, quos deserit Pastor? Quod si urgeant, non accipimus hominem talis industriae, talis fidei &c. primo difficillima iterum esset probatio huius replicae, deinde etiam in casu, quem fingimus, ridicula, ubi videlicet ipse pastor deserens inculpatur perfidiae, & eo ipso sufficientia suppeditat indicia de non speranda in posterum ejus industria &c. Id unicum restat, ut moneamus, quod scilicet positionem hanc ita evidenter hactenus demonstratam non possimus eundem corroborare autoritatibus Theologorum & Jurisconsultorum nostrorum supra excerptorum; interim tamen sufficet, quod nihil etiam apud ipsos inveniamus, quod huic positioni repugnet, & quod modo ex Tarnovio attulerimus *ad posit. I.* eum fateri desertionem ministerii esse impunem.

§. XXIX.

Multum autem nos jam sublevabit probatio positionis praecedentis, quamvis paulo longior, in probatione positionis V. quæ hæc est: *Justæ causæ, ob quas honeste quis deserere possit ministerium Ecclesiæ, magis relinquendæ sunt pudori & conscientiae deserentis, quam ut opus sit eas legitime determinare.* Scilicet Canonistæ ad titulum de renunciationibus solent disquirere, an præter causas licitas renunciandi Episcopatus supra §. 8.

V. Justas causas relinquendas esse pudori & conscientiae deserentis.

recen-

recensitas admittantur etiam alia. Pariter & Theologi ac JCti Protestantes solliciti sunt in enumerandis & determinandis causis iustis desertionis ministerii, & varias limitationes adhibent, earumque cognitionem Synodis vel Judiciis Ecclesiasticis relinquunt, ut aliquo modo ex illis, quæ *supra* §. 22. & 23. ex Voetio excerptimus, patet. Nobis distinguendum videtur ex supra dictis inter regulas honesti & decori, & effectus juris. Quoad illas opus est, ut deserens probe excutiat conscientiam suam, an ex affectu illicito, an vero ex honesta causa munus Ecclesiasticum deponere velit nec ne. Faciet etiam decore, si alios peritiores, maxime Dnn. Theologos hic consulat, qui & ipsi observabunt officium Doctorum Evangelicorum, suadendo, orando, adhortando, si putent desertorem melius facturum, si maneat, sed ita tamen, ut talia consilia non egrediantur naturam consiliorum, hoc est, ut non producant effectum juris externum, & tota res relinquatur pudori & conscientia ejus, qui Doctores consulit. Cum enim occasione positionis præcedentis satis fuerit demonstratum, in Ecclesiis nostris desertionem talem non haberi pro crimine, sed fieri impune, nec etiam alia remedia coactiva applicari posse illis, qui temere deserunt ministerium, sane sua sponte sequitur, determinationem legitimam causarum iustarum hic non esse necessariam, aut non opus esse cognitione judiciali seu legitima causæ allatæ. Nam cui usui foret illa cognitio, cum tamen judicia Ecclesiastica desertorum neque possint cogere, ut maneat, neque possint etiam punire, si non maneat. Alia ratio est renunciationum Episcopaliū in Jure Canonico, partim quia
apud

apud Canonistas desertio, ordinis habetur pro crimine, partim quia Episcopi renunciantes retinent ea, quæ sunt ordinis, quod in nostro casu plane aliter se habere docebunt sequentia.

S. XXX.

Positio VI. *Neque etiam opus est determinare statum & officium, ad quod transire vult deserens ministerium, sed & hic articulus pudori & conscientie deserentis est relinquendus.* Fluit & hæc positio suo modo ex precedentibus. Si enim non possunt Judicia Ecclesiastica cogere deferentem, ut maneat, non potuerunt etiam cogere, ut post desertionem hoc vel illud vitæ genus in statu politico vel oeconomico eligat, sed relinquendum id erit arbitrio deserentis, ad quem statum se præ aliis putet esse aptum, ut in eo honeste se sustentare & Reipublicæ inservire queat. Neque observavi, Theologos aut JCros Evangelicos hac de quæstione multum esse sollicitos, nisi quod excerpta ex Voetio doceant, ut & alias facere solet, hic paulo rigidiorum esse, ut ex §. 23 potissimum constat. Quinimo, si & regulas honesti & decori solum hic consideres, non putem deserentem ministerium adversus eas peccare, imprimis si ex honesta causa renunciet, si modo non eligat turpe aut vile ac illaudabile vitæ genus. Sive igitur ad Theologiæ, sive ad alterius Facultatis Academicæ quamcunque Professionem legitimo modo se transferat, sive ad officium scholasticum, sive ad politicum, aut militare etiam, sive ad agriculturam aut mercaturam, nihil inhonesti aut indecori ab eo committi arbitror, si modo aliæ rationes non obstant. Nam sive principia rectæ rationis, sive hypotheses doctrinæ Ev-

Idem dicendum esse intuitu status & officii secularis, ad quod transire vult deserens ministerium.

angelicæ respicias, omnes hi, quos recensimus, status sunt liciti ac honesti, neque repugnant principiis Christianismi, sed potius in illis omnibus aliquis potest & Deo & Reipublicæ inservire. Imo & hanc positionem nostram convenire cum praxi Ecclesiarum nostrarum, docebunt ea, quæ infra de praxi disseremus. Quamvis non negemus, forte rationa esse exempla ministrorum Ecclesiæ ad statum militiæ transeuntium. Quod si ramen id fieret, non est, ut timeamus Pontificiorum objectionem, ac si munus pastorale & militia secularis non possit cadere in unam eandemque personam. Aliud enim est unire istas duas potestates simul in uno eodemque subjecto, quod erratum ipsi Pontificii committunt, (quorum pertinet B. Ziegleri tractatus de Episcopo Milite) aliud, eas prædicare de uno eodemque homine successive, quorum nos respicimus.

§. XXXI.

Cur ab-
stinueri-
mus ab ar-
gumento
à præro-
gativis &
præstantia
ministerii
Ecclesia-
stici de-
sumto.

Atque his positionibus paucis & perspicuis puto absolvi posse totam doctrinam de licentia deserendi ministerium Ecclesiasticum, quatenus ea res pertinet ad dispectionem Ictorum. Unde non opus est, hic alias positiones immiscere de præstantia functionis Ecclesiasticæ præ aliis officiis, ut vocantur secularibus. Abstinuimus enim ab illo argumento variis ex rationibus: partim quia iste modus argumentandi relinquendus est consiliis Theologicis, (vide supra §. 20. & 22. n. 1.) partim, quia hic locus caute tractandus est, ne quid immisceatur ex reliquiis Politicæ Pontificiorum, statum Ecclesiasticum nimium extollentium supra status Politicos seu seculares. Huc pertinet illa locutio, si non commode temperetur, cujus supra §. 20. facta fuit mentio.

rio, quasi studia Jurisprudentiæ, Medicinæ ac Philosophiæ sint artes ad inferius hæmisphærium pertinentes. Adde, quod illud argumentum sit magis illustrans, quam directe probans. Supponeret enim conditionem moraliter impossibilem: si maxime reliquæ functiones & officia omnia possent temere, & insalutatis superioribus, absque vicio turpitudinis, aut nota indecori desereri, id tamen non fieri posse in ministerio Ecclesiastico, ob singularem ejus præstantiam. Quis enim hic non palparet contradictionem moralem in conditione ita formata? Ergo ulterius hoc argumentum pertineret ad speculationes subtiliter curiosas, quibus forte locus esset in orationibus, non in speculationibus, ut ita loquar, practicis, & deductionibus juris.

§. XXXII.

Restat, ut paucis etiam tollamus dubium supra §. 17. & 18. contra licentiam desertionis ex doctrina nostratum de obligatione votorum, & assertionibus Schilteri de effectu ordinationis prolatum. Nam quod obligationem votorum attinet, hic repetenda sunt ea, quæ jam supra §. 11. notavimus, doctrinam de obligatione votorum ex lege Mosaica per arcana Papistica esse translata ad statum Christianismi, quæ tamen prolixius demonstrare nostri instituti haud est. Deinde disquirendum foret, an declaratio ministri Ecclesiæ tempore ordinationis de intentione, quod ad dies vitæ manere velit in ministerio, accurate referatur ad species votorum etiam tacitorum, & si etiam eò pertineret, rursus tamen hic earepetenda essent, quæ jam supra §. 28. de naturalis declarationis observavimus. Quod autem Schilterum attinet §. 18. allegatum, quod ordinatio inducat

Respondetur ad dubium, de obligatione votorum apud Evangelicos, & exinde deducam doctrinam Schilteri.

obligationem ad obeundum ministerium per omnem vitam, & quod Scholastici inde deduxerint suum characterem indelebilem, primo notandum est, Virum alias summum & in antiquitatibus Ecclesiasticis maxime eruditum, (ut vel utilissimus ejus tractatus de libertate Ecclesiarum Germanicæ docet,) nescio tamen quibus præjudiciis à juventute ex doctrinis communibus hauritis occupatum, nonnulla subinde inferuisse suis Juris Canonici Institutionibus, quæ reliquias arcanorum politicorum Papatus sapiunt, adeoque principiis rectæ rationis & doctrinæ Evangelicæ non omnino conveniunt. Saltem excerpemus quasdam alias ejus assertiones ad præsentem quæstionem paulo propius pertinentes. Ita *l. 1. tit. 4. §. 1.* docet, ordinationem, qua vocati segregentur à Laicis, iisque potestas solenni manuum impositione conferatur ab Ecclesia, hætenus esse Juris Divini quoad separationem à Laicis destinationem ad ministeria sacra *Act. 12. v. 2. cap. 14. v. 1. 1. Tim. 4. v. 14.* Item §. 7. Modum ordinandi, ex Apostolico instituto impositionem manuum imprimis continere conjunctam cum precibus ac benedictione & jejunio *Act. 13.* (sed vide supra §. 14.) Et porro *tit. 17. §. 1.* ex ista separatione à Laicorum genere deducit exemptionem ministrorum Ecclesiæ à societate civili, & translationem ad Ecclesiasticam, & per consequens exemptionem à foro civili, quatenus nempe sunt clerici, nec rebus secularibus se immiscent, quæ tamen est doctrina fundamentalis arcanorum Cleri Papalis, qua mediante ipsum imperium extorserunt Laicis & ipsi Principi. Deinde & illud observandum est in Schiltero, eum in talibus reliquiis Papismi non habere animum contradicendi nostratibus,

bus. sed potius eum fere ubique tentare, ut limitationibus quibusdam additis doctrinas tales temperet, & ad usum principiorum rectæ rationis & evangelii applicet, quamvis plerumque istæ moderationes ac limitationes, tanquam ex principiis oppositis ortæ, parum connectant subsequencia cum antecedentibus. Sic v. g. in d. tit. 17. §. 1. isti doctrinæ de exemptione clericorum à foro civili propter separationem à laicorum genere factam statim subnectit, id limitandum esse, ut valeat saltem illa exemptio à jurisdictione Magistratum inferiorum, non à jurisdictione summæ potestatis, quia scilicet societas Ecclesiastica cum civili totum Reipublicæ corpus constituat, adeoque sub uno capite consistat. Quæ quidem vera sunt, sed parum connectuntur cum fundamento propositionis prioris papizantis, quæ scilicet nitebatur separatione Clericorum à Laicis in ordinatione facta. Nam sane per laicos ibi non intelliguntur sola plebs aut Magistratus inferiores, sed ipse etiam Princeps, ut vel titonibus Juris Canonici notum est. Simili modo Schilterus etiam in supra appposito loco *lib. 1. tit. 14. §. 6. de ordinatione obligationem ad obeundum ministerium per omnem vitam inducente, & inde deducta characteris indelebilitate, statim limitatunculam similem. addit in verbis: sed vid. Hülfemann. Breviar. c. 19. 12. &c. quibus adeo declarat, se positione ista nolle contradicere nostratibus.*

§. XXXIII.

Pergo ad effectus desertionis, de qua disputamus. VII. Defectus hic equidem pauca deprehendes apud Theologos & rentem a JCtos nostrates ex professo, ut ajunt, de isto desertio. mittere omnia jura & privilegia.

F 3

thodo

gia.

thodo nostræ, respicientes ad dictamen rectæ rationis & naturam desertionis hæcenus expositam. Sit ergo positio VII. *Deserens ministerium Ecclesiasticum amittit omnia jura & privilegia ministrorum Ecclesia.* Fluit hæc positio sua natura ex ipsa derelictione tanquam necessarium consequens, eaque corroboratur variis juris brocardicis à dictamine rectæ rationis luppeditatis, & ad positionem nostram facile applicandis: Accessorium (i. e. immunitates & privilegia) sequitur naturam principalis, (i. e. status. cui cohærent) Quicumque vult antecedens, (renunciationem ministerii) vult etiam consequens, (amissionem jurium cohærentium.) Quicumque non vult sentire incommodum, (onera & obligationes ministerii) non debet etiam sentire commodum, (jura & privilegia ejusdem.) Ergo nequaquam hic effectus referendus est ad pœnas desertionis, quia supra monstravimus, desertionem apud Evangelicos pro crimine non haberi, sed impune fieri, & quia pœna infertur invito, hic vero effectus ex voluntate deserentis deducitur, quamvis non sola, sed insuper etiam ex regulis æquitatis, cum haud dubie eadem contingeret amissio privilegiorum & jurium omnium ministris Ecclesiæ competentium, etiamsi deserens protestetur de reservatione jurium illorum & privilegiorum. Consentit cum hac positione Brunnemannus *vid. supra §. 16. & 25. §. XXXIV.*

IIIX. Neq; adeo ea, v. g. benedictione sacerdotali efficaciter exercere.

Positio IIIX. *In tantum, ut etiamsi deserens de facto jura ordinis usurpet, ea tamen nullam habeant efficaciam in Republica.* Fluit hæc positio ex præcedente. Si enim deserens ordinem ministerii desinit esse minister Ecclesiæ, sequitur etiam, quod actus ab ipso tanquam Eccle-

Ecclesiæ ministro gesti nulli sint. scilicet illi, qui præcise requirunt ad sui efficaciam, ut sint facti à ministro Ecclesiæ ordinato, v. g. jura matrimonium justum præsupponentia, quod matrimonium iterum præsupponit benedictionem sacerdotalem, pro quali sane ex dictis non erit habenda benedictio facta ab eo, qui ministerium deseruit, quin potius ipse desertor tanquam falsarius poena arbitraria puniri poterit. Atq; de posteriori hoc asserto equidem nullum est dubium. De priori vero, etsi neminem deprehenderim ex nostratibus, qui id vel affirmet vel neget, gravis tamen ratio dubitandi pro negativa desumi potest exinde, quod nostrates JCti in materia affini concedant ministro Ecclesiæ deposito potestatem actus sacros, qui sunt ordinis, imprimis autem benedictionem sacerdotalem, efficaciter administrandi, atque adeo ex Jure Canonico differentiam inter ministrum Ecclesiæ depositum & degradatum applicent etiam ad usum Consistorium nostrorum. Reink. *de regim. sec. & Eccl. l. 3. cl. 2. cap. 2. n. 15.* Ziegler. *ad Lancelot. l. 1. tit. 20. pag. 128.* Schilter. *Instit. Jur. Can. l. 1. tit. 18. §. 14.* Carpzov. *l. 3. Jurispr. Eccles. d. 209. n. 15.* Quod si ergo depositus ob delictum ab officio pastor poterit actus ordinis efficaciter celebrare multo magis id videtur concedendum pastori, ex justa causa ministerium deferenti, uti etiam JCti nostrates in terminis, ut ajunt, terminantibus, ita a depositione ad resignationem argumentantur. *vid. Dn. Præfidis dissertat. Lipsiens. addit. ad disputat. ult. p. 1265.* Sed duo sunt, quæ adversus istam objectionem urgeri possunt. Initio videri perinere ad reliquias Papismi incaute translatas in Jurisprudentiam Ecclesiasticam, dum statuitur apud

apud nos etiam, pastorem, modo non sit degradatus, retinere jura ordinis, eaque efficaciter exercere posse. Nam illa assertio Juris Canonici fundatur in duabus hypothesebus, partim, quod Jus Canonicum statuat, per ordinationem imprimi ordinato characterem indelebilem, donec a Clero iterum solenniter per degradationem fuerit sublatus, partim, quod Jus Canonicum admittat ordinationem sine titulo. At vero Ecclesiæ nostræ, ut jam supra vidimus §. 13. illum characteris indelebilitatem non agnoscunt. Neque agnoscunt etiam ordinationes sine titulis. Schilter. *Instit. Jur. Canon. l. 1. tit. 14. §. 5.* Ziegler *de Superint. c. 14. §. 23.* quod etiam conforme ostendit esse *Concil. Chalced. cap. 6.* Quare idem *ad Lancel d. p. 128.* graviter monet, illum Juris Canonici differentiam inter depositum & degradatum non convenire primis Ecclesiæ temporibus, sed etiam per depositionem privilegii & ordinibus sacris exutum quem tum fuisse, utcumque solennes ejusmodi ritus degradationis adhibiti non fuerint. Secundo: Posito etiam, quod Pastor depositus de jure possit actus ordinis efficaciter exercere, non valeret tamen argumentatio ab eo ad illum, qui ministerium deferit, quia adsunt rationes oppositæ. Nam ratio, cur deposito id concedant nostrates, ea est, quod dicant, eum retinere privilegia & jura ordinis, nec transire ad statum secularem; sed deferentem eam amittere pronunciant, quia transit in statum secularem per dicta §. *præced.* Quomodo igitur poterit jura ordinis simul amittere & cum efficacia exercere,

§. XXXV.

IX. Nō tamen defe-

Positio IX. *Quod si tamen causa desertionis postea cesset*

set

set, & deserens vocetur de novo ad ministerium, non prohibetur iterum fieri minister Ecclesie. Ratio hujus positionis est, quia desertio non est crimen, neq; deserens, etiam ex causa non adeo justa, sit infamis. Multo minus igitur, si causa justa desertionis sub fuerit, & illa postea cesset, à scipiendi ministerio excludetur. Alia quæstio est, an sus novæ vocationis facile sit dabilis in nostris Ecclesiis, quod vix puto. Ut enim alias rationes jam taceam, maximum scrupulum motura esset quæstio, an talis minister Ecclesie vocatus de novo sit ordinandus, an vero sufficiat primæva & pristina ordinatio. Ex principiis Juris Canonici sacramentum ordinis haud est iterandum, & qui per degradationem privantur isto caractere alias indelebili, postea tanquam infames non possunt iterum fieri clerici. Sed cum hic quoad utramque propositionem à Jure Canonico recedant principia Juris Ecclesiastici Evangelici, videtur secundum hæc posteriora dicendum esse, quod deserens ministerium Ecclesiasticum & transfrens ad statum aliquem laicum, postea, si de novo ad ministerium vocetur, de novo etiam sit ordinandus, utique, si ordinationis finis apud nostros etiam est, (uti communiter docetur *vid. supra* §. 32.) ut ministri Ecclesie per eum separentur à Laicis. Sed vereor tamen, ut id fiat, & credo, potius sub hoc prætextu, ne per novam ordinationem ejus, qui semel ministerium deseruit, scandalum detur in Ecclesia, vel simili, eos, qui autoritate pollent, persuasuros esse vel vocantes, ut a vocatione desistant, vel vocatum, ne eam acceptet. Et ita intelligo etiam, tanquam præcautionem, ne hoc dubium oriatur, verba in attestato Consistorii Lipsiensis huic disputationi subjuncto: und sich darneben erkläret/ daß er ic. sich auch nie mahls umb ein geistlich Amt wider bewerben oder dergleichen

annehmen wolle. Nam si ipso jure excluderetur deserens ministerium ab acceptatione novæ vocationis, non opus fuisset, ut iste, de quo in illo attestato agitur, per stipulationem se ad id obligasset, quamvis non negandum, & super aliis articulis, qui ipso jure sequuntur desertionem, ibi stipulationem factam esse. Illustrantur hætenus dicta ex responso Facultatis Theologicæ Lipsiensis in verbis: daß er das Predigt-Ampt nicht gänzlich/ sondern nur auf eine Zeit lang/ bis er zum Prediger-Dienst geschickter werde/ habe verlassen können. Videtur tamen assertioni nostræ obstare, quod supra §. 22. ex Voetio retulerimus, in Synodo Grœningo Omlandica decretum fuisse, ministrum desertorem muneris alicujus politici aut secularis ambiendi & obtinendi causa, indignum esse, qui ad tale munus promoveretur. Si enim ejusmodi desertor indignus fuit habitus, qui admittatur ad officium politicum, multo minus erit dignus, ut vocetur iterum ad munus & ministerium Ecclesiasticum. Sed respondemus 1) non videndum, quid in judicio illo Synodi factum fuerit, sed quid fieri debuerit. 2) Is, qui indignus fuit habitus, deseruit ministerium absque justa causa, nos vero agimus de eo, qui ex justa causa deseruit. 3) Aliud est, aliquem esse indignum, qui non admittatur ad officium, aliud est aliquem propter infamiam ab officio excludi. Nos asserimus, desertentem ob desertionem non fieri infamem, ut excludatur a spe novi officii, non dicimus, esse dignum, ut cessante causa desertionis iterum debeat vocari, aut si iterum petat officium Ecclesiasticum, ut præ aliis vocetur.

§. XXXVI.

Quare ex hætenus dictis constat, quod etsi Ecclesiæ nostræ in eo conveniant cum Jure Canonico, quod de evangelico- fertionem ordini Ecclesiastici regulariter habeant pro re illi-

Differen-
tia juris
Eccles. E.
vangelico-
fertionem
ordini
Ecclesiastici
regulariter
habeant
pro re
illi-

illicita, in plurimis tamen magna & multiplex inter utra-
 que jura sit differentia. Nam (I) in Ecclesiis nostris de-
 fertio ministerii Ecclesiastici non est crimen, nec infamat, nec punitur; Jure Canonico est crimen infamans & pœ-
 nis coercendum (*supra §. 4. 10. & 25.*) (II) Jure Canonico ordo est Sacramentum; Jure Ecclesiarum nostrarum
 non est. (*supra §. 6. & 12.*) (III) Jure Canonico ordo im-
 primit characterem indelebilem; moribus nostris mini-
 me. (*supra §. 6. & 13.*) (IV) Jure Canonico impositio ma-
 num in ordinatione creditur esse ex præcepto Divino;
 Jure Ecclesiastico Evangelicorum id non creditur. (*supr.*
§. 7. & 14.) (V) Jure Canonico licitæ fuerunt renunciati-
 ones beneficiorum Ecclesiasticorum salvis juribus ordi-
 nis; Jure Ecclesiastico Evangelicorum tales renunciatio-
 nes non sunt licitæ, sed renuncians habetur pro desertore,
 & amittit omnia privilegia ordinis. (*supra §. 8. 9. & 33.*)
 (VI) Jure Canonico certæ sunt ac determinatæ causæ, ob
 quas licita est renunciatio; moribus nostris justæ causæ
 desertionis relinquendæ sunt pudori & conscientiæ dese-
 rentis (*supra §. 8. & 29.*) (VII) Jure Canonico renuncians
 vel depositus ab officio potest efficaciter actus sacros ex-
 ercere; Jure Ecclesiarum nostrarum id fieri non debet.
 (*supra d. §. 8. & 34.*) (VIII) Jure Canonico soli degradati
 amittunt jura ordinis, sed tanquam infames, & qui fere à
 bracho seculari capitaliter puniuntur, non admittuntur
 ad honores & munera laicorum, tantum abest, ut iterum
 Clerici fieri de novo ordinari possint; sed moribus no-
 stris deferentes ministerium Ecclesiasticum amittunt
 quidem, perinde ac degradati, jura ordinis, sed tamen pro
 infamibus non habentur, nec ipsi tanquam simpliciter in-
 habiles ad munus Ecclesiasticum reputantur. (*supra §.*
34. 35.)

Praxis Eccle-
siarum in ex-
emplis qui-
busdam o-
stenfa.

Nil ergo restat, quam ut hactenus demonstrata illustre-
mus exemplis quibusdam, ut eò melius praxis ecclesiarum
nostrarum inde cognosci, ac cum positionibus nostris confer-
ri possit. Non vero sunt multa exempla desertionis talis,
quia scilicet causæ impulsivæ, quæ ministros Ecclesiæ ad de-
sertionem movent, sunt rariores. Neque tamen nulla dan-
tur. Sic subjunctum responsum Facultatis Theologiæ Lipsi-
ensis & attestatum Consistorii docent, ministrum quendam
Ecclesiæ in usum militiæ ordinatum, deseruisse munus Eccle-
siasticum sub prætextu, quod non satis aptus & eruditus sit
ad id exercendum, & quod sponsalia contraxerit cum vidua,
quæ tamen oeconomiam suam sine damno dimittere & ca-
stra sequi nec posset nec vellet; Hanc vero desertionem etsi
non omnino approbatam, neque tamen improbatam fuisse
à prælaudata Facultate Theologica, imo Consistorium Eccle-
siasticum ipsi insuper attestatum de dimissione honesta de-
didisse, ut possit deserens recipi in societatem braxatorum.
Ita notorium est, hic Halæ ante aliquot annos ministrum
Ecclesiæ sub prætextu, quod non possit sine doloribus & læ-
sione capitis ac memoriæ audire musicam organorum Eccle-
siasticorum, & vocem populi cantantis, aliisque similibus, de-
seruisse ministerium, atque transiisse in statum politicum ac
suscepisse munus præfecturæ, adeo id non ægre ferentibus
Patronis Ecclesiæ & Consistorio Ecclesiastico, ut potius non
contemnenda pecuniæ summa ei ad facilitandam desertionem
& substitutum majoribus impensis alere. Succurrit & tertius
casus ministri ordinati & substituti patri suo, qui propter cœ-
citatem non poterat officio suo plene satisfacere. Postquam
filius per multos annos officio hoc substitutionis esset functus,
& patre mortuo de successione ageretur, adeo noluit inter
candidatos competitores comparere, ut potius ipse successi-
onem declinaret, asserens, se majorem inclinationem sentire ad status lai-
cos, quam ad clericalem, seque suscepisse substitutionem ex pietate erga
patrem, quo mortuo satis se fecisse officio amoris filialis &c. Ergo dimis-
sus est, quantum nobis constat, absq; nota, & adhuc in statu laico vivit.

F I N I S.

Responsum Facultatis Theologiæ

Lipsiensis super casu desertionis ministerii Ecclesiastici.

U. J. G. Z. Wohl-^z Ehrw. Großachtb. und

Hochgelahrter ic. ic.

Uns hat derselbe sud dato Penigß d. 14. Decembr. dieses zu Ende lauffenden 1704ten Jahres nachfolgende Speciem facti vorgeleget.

Es ist M. J. E. K. eines Priesters Sohn in seiner anvertrauten inspection vor einigen Jahren zu einem Feld-Prediger unter S. R. M. in P. und C. D. z. S. Armee vociret und nach erhaltener Vocation ordiniret worden/ hat auch solches Ampt bis hieher bey gedachter Armee verwaltet; Es hat sich aber bey diesem seinem Ampte zugetragen/ daß als er ohngefehr vor 2. Jahren gen Thoren in Preussen ins Quartier kommen/ er mit einer Witben/ ehrliches Namens/ guter Mittel und Nahrung/ welche sie unter andern von ihrem Brauhofe hat/ daselbsten in Befandschaft gerathen/ endlich gar sich ehelichen verslobet / zu welcher Verlobung auch seine noch lebende Eltern ihren consens gegeben/ worauf er von gedachter Witben nicht nur in jüngster Schwedischer Beagerung/ sondern auch nachgehends viele Gut- und Wohlthaten genossen. Dieweil aber bey so lange ausgefertigter Vollziehung seiner Ehegeidbnuß er bey seiner Verlobten / wie auch andern in Verdacht gerathen wollen / als wolte er seine Versprechung nicht halten/ über dieses auch durch Verführung des leidigen Teuffels leichte geschehen könnte/ daß entweder auf seiner oder ihrer Seiten etwas begangen werden möchte/ daß ihnen nicht gut seyn würde / so hat er bey sich beschloffen/ alles besorgende Uergermiß

zuvermeyden ohne fernern Aufenthalt dieses Ehe-Gelöbnißs vermittelst Priestertl. Copulation zu vollziehen / zu dem Ende er M. J. E. K. auch von seinem bisherigen Feld-Prediger Amte abgedanket / indem seine Verlobte ihrer Haushaltung und Nahrung nicht lassen wollen noch können / und im Gegentheile mit ihm zu Felde zu ziehen sich weigerte / unter andern auch ihres Kindes halber / so sie in voriger Ehe gezeuget / immassen dadurch sie sich und dasselbe um das Recht und Freyheit / diese gewisse und sichere Nahrung zu treiben / vermöge der Statuten daselbst bringen würde / und den Entschluß gefasset / der Oeconomia abzuwarten / GOTT im Hauswesen zu dienen / und sich davon zu nähren. Es will aber numehro wegen mehr gedachten M. J. E. K. gefragt werden: Ob er *Salva conscientia* dieses thun / sein bisheriges / und das Predigt-Amte gänzlich verlassen / und in einen andern Stand sich begeben könne / weil er einmahl von GOTT zu solchem Amte vociret und gewidmet wäre / dahero unter diejenigen zu zehlen seyn würde / welche die Hand an den Pflug geleyet Luc. IX, v. 62. und so weiter. Worgegen aber M. J. E. K. einwendet 1) Er könnte seinem GOTT in dem Haus-Stande eben so wohl / und vielleicht noch besser / als im Predigt-Amte dienen / angesehen er von Natur zur Haushaltung mehr Inclination und nebst dieser zum Studio Juridico jederzeit gehabt / als zum Studio Theologico, welches er nur in regard seiner Eltern auffder Universität getrieben / dahero er bekennen müste / daß seine Studia nicht so / wie sie zum Predigt-Amte erfordert würden / beschaffen wären / sinemahl bey seinem bisherigen Feld-Prediger-Dienst er mehr als zu wohl in der That empfunden / woran es ihm gefehlet habe / wie denn auch Bresserus, dessen Worte

Worte der feil. D. Danhauer in seiner Theologia Conscient. P. 1. S. 2. §. 22. anführe und lobe / in solchen Fällen einem / der zum Predigt-Amte nicht geschickt sey / wenn er sich allbereit dazu bestellen lassen / den Rath gäbe / daß er solches resigniren solle. Dannenhero er 2) diese Gelegenheit und Heyrath vor eine sonderbahre Schickung Gottes erkennen müste / weil ihn Gott vielleicht tüchtiger fände ihm im Haus-Stande mit mehrern Nutzen zu dienen / welche er auch nicht wohl ausschlagen könnte. 3) wäre er durch Verlöbniß also gebunden / das er selbiges nicht mit guten Gewissen ledig werden könnte. Wenn er nun sein Predigt-Amte dazu er doch sich / wie gedacht / nicht satfam geschickt befände / behalten sollte / müste er jenes brechen / angesehen seine Verlobte unmöglich aus Eingangs besagter Ursache ihre Nahrung verlassen / und mit ihm zu Feide ziehen könnte. Befände also seinen Gedanken nach in seinem Gewissen sich mehr verbunden sein Amte zu verlassen / als die Ehe-Verlöbniß zu hinterziehen. 4) Wüßte man wohl ehe / daß Feld-Prediger / die vielleicht zu solchem Amte geschickter als er gewesen / wenn die Böcker abgedanket worden / und sie also keine Dienste mehr gehabt / solche und andere Nahrung ergreifen müssen.

Über diesen Casum, und ob angeführte rationes sufficient seyn / daß M. J. E. K. sein bisherig Predigt-Amte gänzlich verlassen / und salva conscientia in einen andern Stand sich begeben könne / verlangen Ew. Wohl-Ehrwürden unser Theologisches Gutachten zu Ihrer Information cum rationibus decidendi & dubitandi Ihr zuertheilen.

Wir präsupponiren hier vor allen Dingen / daß M. J. E. K. von seinem bisherigem Feld-Prediger-Amte allbereit abgedanket / und solches nicht so wohl aus fleischlichem

lichem Absehen auf seine zeitliche Fortun, die er durch die vorhabende Heyrath mit einer reichen und wohlbegüterten Witve zu Thoren in Zukunfft sich machen kan/ auch nicht aus Zaghaftigkeit und Mißtrauen zu Gott/ als werde er ihm nicht in dem einmal übernommenen Geistlichen Amte beystehen/ oder Faulheit oder Begierde nur in der Welt gute und gemächliche Tage zu haben/ wobey er sich nächst andächtigem Gebeth in seinem Herzen und Gewissen vor GOTT wohl zu prüffen/ damit er nicht einsten bey unglücklichen Zufällen und übelgerathener Ehe darüber in schwere Versuchung fallen möge/ sondern vielmehr aus gründlichem Erkantnuß seines Unvermögens/ und daß er sich zum Heil. Predigt-Amte nicht sonderlich geschickt befindet/ und viel besser Gott und seinem Nächsten in einem andern Stande zu dienen vermeynet/ gethan. Bey so gestalten Sachen/ davon ihm sein eigen Gewissen am besten Zeugnuß geben wird/ halten wir zwar nicht davor/ daß er das Predigt-Amte gänzlich/ sondern nur auf eine zeitlang habe verlassen/ und in einen andern Stand sich begeben können/ bis ihn Gott vielleicht nach gethaner herzgl. Busse und Bereuung seiner unbesonnenen Ubereyhung durchs Gebeth/ fleißiges studiren und meditiren/ wie auch durch allhand Tentationes in seinem fünfftigen Ehe- und Haushaltungs-Stande zu einem Prediger-Dienste würd geschickter gemacht haben/ als er bishero gewesen. Solte es aber Gott nicht gefallen/ ihm ein mehreres und größeres Talent, als er vorizo bey sich befindet/ zu verleihen/ noch ihn weiter/ nachdem er albereit den Feld-Prediger-Dienst verlassen/ in seinen Geistl. Weinberg zu beruffen/ so kan er alsdenn mit gutem Gewissen in dem Zustande/ darein er sich durch die Heyrath begeben/ verbleiben. Denn

Denn ob er zwar/vielleicht per errorem vocantium, aus
 Göttlichem Verhängniß/ schon einmahl zum Prediger-
 Amt vociret/ und/ wie es vor Menschlichen Augen das
 Ansehen hat/ hierzu gewidmet worden/ und also unter
 diejenigen könnte gezehlet werden/ welche die Hand an den
 Pflug geleyet/ und wieder zurück gesehen/ Luc. IX. v. 62.
 Dennoch aber und dieweil das Predigt-Amt ein sehr
 schweres und hochwichtiges Amt ist/ wozu nicht nur der
 Beruff Hebr. V. v. 4. sondern auch die Salbung/ die sonst
 allen Christen gemein ist/ 1. Joh. II. v. 27. gehöret/ und
 nicht ein jedweder/ sondern nur derjenige hierzu tüchtig/
 dem Gott so viel Erkäntniß des Heils gegeben/ daß er
 auch den Weg dazu aus Gottes Wort andern zeigen kan/
 der auch so viel Gaben empfangen/ dasselbige weißlich
 und deutlich zu verrichten/ nechst dem einen herzlichem
 Willen hat in seinem ganzen Leben GOTT treulich zu
 dienen/ (vergleichen so gar von jedem Christen wieder-
 umb erfordert wird) folglich auch in dem Amte alle schul-
 dige Treue anzuwenden: Und aber M. J. E. K. solche Er-
 käntniß und Gaben bey sich nicht befindet/ indem er sei-
 nem eigenem Geständniß nach von Natur zur Haus-
 haltung und hiernächst zum Studio Juridico jederzeit mehr
 Inclination als zum Studio Theologico gehabt/ welches er
 nur in regard seiner Eltern auf der Universität getrieben/
 und dannhero bekennen muß/ daß seine studia nicht so/
 wie sie zum Predigt-Amt erfordert würden/ beschaffen
 wären/ sintemahl bey seinem bisherigen Feld Prediger-
 Dienste er mehr als zu wohl in der That erfahren/ wo-
 ran es ihm gefehlet habe. So kann er sich umb so viel
 destomehr wegen der gemachten Gewissens-Scrupel in
 seinem Herzen beruhigen/ zumahl da noch andere gott-
 selige Lehrer unserer Kirchen in solchem Falle einem der
 zum Predigt-Amte nicht geschickt ist/ wenn er sich allbe-
 H
 reit

reit dazu bestellen lassen/ den Rath geben/ daß er solches resigniren solle. Und wenn nun dieses alles dermassen seine gute Richtigkeit hat/ so mögen auch die übrigen von M. J. E. K. selbst angeführten rationes in so weit gelten/ v. gr. daß er 1.) diese Gelegenheit und Heyrath vor eine sonderbare Schickung Gottes erkennen müste/ als der ihn tüchtiger befinden möchte/ ihm im Hausstande mit mehrern Nutzen/ als im Predigt-Amte zu dienen/ welche Gelegenheit er demnach auch nicht wohl hätte ausschlagen können. 2.) Durch sein Verlöbniß also gebunden sey/ daß er sich hievon mit guten Gewissen nicht entledigen könnte/ noch seine Verlobte aus Eingangs besagter Ursache ihre Nahrung verlassen/ und mit ihm zu Felde ziehen wolte/ 3.) sich dannhero in seinem Gewissen mehr verbunden befände/ sein Amt/ dazu er sich nicht satzsam geschickt befände/ nicht ferner zu verwalten/ als die Ehe-Verlobung zu hinterziehen/ auch 4.) wolte ehe Feld Prediger/ wenn die Völkler abgedancket worden/ und sie also keine Dienste mehr gehabt/ solche und andere Nahrung ergreifen müssen.

Über welches alles Ew. Wohl-Ehrwürden wir hiermit auf Begehren Unsere Meynung haben entdecken sollen. Urkundlich ist solches mit Unserm Inseigel bekräftiget worden. Leipzig den 22. Sept. 1704.

Verharren im übrigen nächst Empfehlung
Göttlicher Gnaden-Beschirmung
Eu. Wohl-Ehrwürden/ Unsers Freund-Brüderl.
Amts-Bruders

Gebeth- und Dienstwilligste
Decanus, Senior, und andere Doctores
der Theologischen Facultät auf
der Universität Leipzig.

II. Acte

II.

Attestatum Consistorii Lipsiensis

in eadem causa.

Wir die Verordnete des Chur- und Fürstl. Sächsis.
 Consistorii allhier/ Urkunden hiermit/ was massen
 uns M. J. E. K. zuerkennen gegeben/ welcher gestalt er zwar
 vor 3. Jahren zum Feld-Prediger bey S. R. M. in P. u.
 C. D. 3. S. U. A. H. Miliz beruffen/ und nachdem er sol-
 ches Amt angenommen/ den 3. Julii ermeldten Jahres
 auf Unsere Anordnung in der Kirchen zu St. Nicolai hie-
 siges Orths Christl. und Apostolischer Weise ordiniret
 worden/ nach der Zeit aber/ und da er bey wehrenden
 Feldzügen den bey seiner Ordination versprochenen Fleiß
 in Fortsetzung des Studii Theologici nicht prestiren kön-
 nen/ daß er ein solch geistl. Amt zu bescheiden nicht gnug-
 sam qualificiret sey/ bey sich befunden/ dannenhero das-
 selbe nach gepflogener communication mit unterschiede-
 nen Theologis und auf derselben Gutbefinden bey dem
 ihm anvertrauten Regimente resigniret/ ein ander Vitæ
 genus erwehlet/ und sich in die Bruderschaft der Brauer
 in der Stadt Thoren zu begeben entschlossen/ auch zu
 solchem Ende mit eines Brauers nachgelassener Wittib
 sich verlobet: Es wolte aber ermeldte Bruderschaft der
 Brauer ihn eher nicht aufnehmen/ bis daß er ein Atte-
 stat, daß er aus dem geistl. Stande/ in welchem er bishe-
 ro gelebet/ jedoch ohne einige von ihm begangene Ubel-
 that/ und bloß auf sein bittliches Ansuchen/ wieder gelas-
 sen worden sey/ vorgeleget/ und darneben gebeten/ ihm
 mit dergleichen Zeugniß zu Beförderung seiner Wohl-
 fahrt an die Hand zu gehen. Wenn denn obbesagter M.
 K. das wegen seiner Ordination ihm vormahls von Uns

ce-

ertheilte Testimonium in Originali wieder zurück gegeben/
und sich darneben erkläret/ daß er sich aller Priesterl. Im-
munitäten und Freyheiten / welche er durch angeregte
Ordination erlanget / wieder begeben haben / hinführo sich
ferner nicht als eine geistliche / sondern weltliche Person
aufführen / sich auch niemahls umb ein geistlich Amt wie-
der bewerben / oder dergleichen annehmen wolle ; Als ha-
ben Wir seinem Suchen statt gegeben / und ihme hierüber
dieses Attestat unter des Consistorii Insiegel ertheilet. So
geschehen Leipzig den 23. Sept. 1705.

(L. S.)

Daniel Petermann / Proto-Notarius.

COROLLARIUM.

Dividi potest desertio ordinis Ecclesiastici in
necessariam & voluntariam. De voluntaria egimus
in disputatione. Necessariam suppeditat respon-
sum præcedens Theologicum, in Pastoribus castra
sequentibus, si pax fiat, & ipsi non vocentur ad al-
liud munus Ecclesiasticum. Quæ species peculia-
rem dispectionem meretur.



ULB Halle

3

005 304 830





B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1707

G. 5. 12
M

L. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE

DESERTIONE ORDINIS ECCLE- SIASTICI,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSÆ, MARCHIONE BRANDENB.
ET DUCATUS MAGDEB. GUBERNATORE, &c. &c. &c.

PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO,
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSÆ
CONSILIARIO, PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,
AC FACULT. JURIDICÆ h. t. DECANO,

IN ALMA FRIDERICIANA,
PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & Pri-
vilegia ritè capeffendi,

IN AUDITORIO MAIORI

d. 31. Octobr. Anni M DCC VII. horis ante 5 pomeridianis

Publico Eruditorum Examine subjcit

SALOMON FRIDERICUS PACKBUSCH,
LIPSIENSIS.

Literis, CHRISTOPH. ANDR. ZEITLERI, Acad. Typogr. 1713.

